



**In evangelium Marci docta et pia Osvaldi Myconii Lucernani,
iam primum in lucem edita expositio : Cum Rerum et
Verborum diligentissimo indice.**

<https://hdl.handle.net/1874/428467>

IN EVAN GELIVM MARCI

DOCTA ET PIA OSVALDI MY
CONII Lucernani, iam pri-
mum in lucem edita
EXPOSITIO.

Cum Rerum ac Verborum diligentissima
INDICE.

B A S I L E A E

M. D. XXXVIII,

И МАЛЫЙ
ГОДА И ЧЕРНІ
ЧЕРКАСЬКИХ ТІКІВО
ЧЕРКАСЬКИХ ТІКІВО
ЧЕРКАСЬКИХ ТІКІВО

САНКТ-ПЕТЕРБУРГ

1877

CLARISS> PRVDEN
TISS. INSIGNIS' QVE PIETATIS
uiro, D. IACOBO MEIERO, urbis inclytæ Ba
silicensis Consuli digniss. OSVALDV
Myconius S.

VTINAM uero prestantiss. uiro
rū quemadmodū Euāgelium
Christi nostro quidem sāculo
per Dei benignitatē clare pre-
dicatur, libris exponitur, lucet, sic & pie-
tatis opera ad Deum Patrem nostrū cœ-
lestem glorificandum nītidius micarent,
nam ita fieret, ne uerbū Domini tam ma-
lē propter nos audiret inter prophanos,
& exemplo sancto plures ad Christū ad-
ducerētur, quam Euangelizantes addu-
cant prædicando. Sed nescio quomodo
fiat, ut adfectuum potentia, & Satan ho-
stis humani generis tantum ualeant, ut
fermè in dies, quos benignissima Dei
bonitas donauit cognitione uerí, deterio-
res reddamur, non quidem palam, & li-

E P I S T O L A

center male, sicut antea uicitudine, sed uel
lut per dissimulationem lasciuiendo uer-
bis & factis, proximum subdole tractan-
do, negligendo uerbum Dei magis ma-
gisq; iuuentutem haud satis diligenter ha-
bendo. Quæ quidem mala tametsi lon-
gè grauissima sunt, inueniunt tamen ue-
lut excusationem apud homines, qui &
existimationē habent nonnullā ab Euan-
gelio, & potestatem gerunt: Nam oris
lasciuia uel turpior, hominis lepidi titulū
ferē nacta est. Petulantia factorum, into-
lerabiliū dico, quoties ætati, generi, uino,
diuitijs, ceterisq; rebus eiusmodi cōdonā-
tur: Dum proximus læditur, uel tracta-
tur inhumanius iuris plerunque nomen
prætenditur, aut fingit quod inhumā-
nitatem defendat: mirū etenim quam si-
mus ingeniosi ad comminiscendū quod
tueatur, dum alteri ratione quauis iniū-
riam facimus. Negligentia uerbī mul-
tas sibi fingit protegēdī causas: uel enim
personæ docentium culpantur, & teme-
rē

DEDICATORIA.

ré quidem, ut plurimum: uel causat ean-
dem cantionem quotidie audiēdam: uel
Christum se iactat, eiusq; fidem iam pri-
dem deuorasse: uel cōqueritur homines
in arctum à uerbo nimis angustè conclu-
di. In primis autem à uerbi excludunt au-
ditorio, quæ h̄erent etiamnum ex papis-
mifecib⁹, nam huc conīciunt, ut Chri-
stiani dubitemus, an diuina sint huma-
nis præhabenda: Christiana papisticis:
pia rebus nihil. Iuuentutis uero rationē
quare tam habeant pauci nō semel apud
me quæro. Inuenio autem teporē quen-
dam uelut communē morbum, quo se-
netiones laborant in diuinis promouen-
dis, tum & uoluptatem, quam quisq; ca-
ptat ex suis, non cogitās damnum, quod
inde consequuturum est aliquādo. Sunt
item qui putant eam ætatem non nimis
coercendam, seu omni licentia priua-
dam, ne quid cōmittat nequius: Nesciūt
credo tales, quanta secum trahat mala,
dum ea liberiōres adepta fuerit habenas.

a 3 Ad

E P I S T O L A

Ad patres commigrat adulti et senes, succedunt iuuenes: & quid succedit, si non fuerint educati pie, nisi malorum lernarum? Arbores plantamus, edificamus domos, paramus noualia posteris: mores bonos et pios non plantamus. Grande flagitiū, grauis negligētia omnium, quibus est illius ætatis cura demandata, quales sunt parētes, magistratus, præceptores, & uerbi præfides. Vindicabitur negligētia isthęc aliquando sine dubio; nam excusationes nostrae apud Deum non ita ualebunt, Christus dicit, de quo quis uerbo ocioso reddendam esse rationem. Facta nulla dissimilanda sunt, nisi fuerint honesta, nam ambulandum Christianis compositè, sicut in die, quemadmodum Paul. docet. Charitate cognoscimur ab omnibus, quod simus discipuli Christi, uel Christo teste. Verbum autem Domini, quia conuertit animas, sapientiam prestat paruulis, laetificat corda, illuminat oculos, nunquid contemnendum: Euāgelium Christi fit dentes

DEDICATORIA.

dentes regenerat, ut Petrus testatur, an-
nō audiendum summa cum uoluptate?
Caro semper trahit ad terrena, uerbum
Christi subuehit sensus & cogitationes
nostras in coelū, an non igitur est sine in-
termissione scrutandū? Cognitio Christi
est immensa, fides Christi ad ipsius cogni-
tionem augescit: Quis igitur uere dixe-
rit, se satis Christū nosse, Christi se fidem
tenere perfectius? Paulus prohibet, ne pa-
rentes prouocent liberos suos ad iram,
sed edacent eos per eruditionem & cor-
reptionem Domini. Monet idem ut ado-
lescētes ad sobrietatem adhortatione pia
stimulētur, Solo. autem inquit. Memen-
to creatoris tui in diebus iuuentutis tuę,
antequam ueniat tēpus afflictionis tuę.
Iesus Syrach inter alia patrē docet: Non
des, inquit, filio potestatem in iuuentute,
et ne despicias cogitatus illius. Cui licebit
ergo dicere, iuuentutē non esse coērcen-
dam, frenandam, in uerbo Domini insti-
tuendam: In quo, rogit Dauid, corrigit

a 4 adolescentior

E P I S T O L A

adolescentior viam suam. Et respondet:
In custodiendo sermones tuos. Ex quo
certum, haud aliter subueniri posse tam
lubricæ ætati quam uerbo Dei. Horren
dum uero, quod Iere, loquitur contra Iu
dam: Si inquit mutare potest Aethiops
pellem suam, aut pardus uarietates suas,
& uos poteritis benefacere, cum didice
ritis malū; An non timendū hinc enim,
ne iuuentus ad bonam sit frugē in sequen
tibus annis unquam peruentura, si bene
facere non didicit in tempore? Constat
experiētia, quam difficile sit, quibus ad
sueueris relinquere: discere autem perfec
tius, quibus non fueris in ætate tenera
probè imbutus. Ergo si iuuentus nihil
hausit boni ac honesti, quid spei poterit
concipi de ætate uirili, seniōue: Stulti ho
mines, quæ sunt ante oculos tantum cu
ramus, de futuris non est cogitatio, præ
sertim in rebus grauioribus ac diuinis.
Mouent illa, delectant, blandiuntur cor
pori, & animo: futura non nisi spe adfi
ciunt.

D E D I C A T O R I A.

ciunt, ea dū sunt cœlestia, nec obtingunt nisi post mortem, & iter ante mortem habent durissimum (sunt enim delectationes mundi omnes abiiciendæ, ac dura quæ Deus immittit patientia superanda, & ita perseverandum in finem usq;) uix unus ex mille inuenitur, qui uoluptatem ex eis tanquam presentem sentiat, ut uideamus, quir' nā Christus dixerit, uiam angustam esse ad cœlum, & paucos ambulare per eam. Ut autem pro uirili iuarem (tametsi quam sit imbecille subsidium meum ipse noui) & adfectuū uim reprimere, & Satanā propulsare, uoluerunt expositionē hanc in Marcum publicatam, qui impulerunt etiam, ut scriberem, tali quidem occasione. Sumpserat quidam ē nostris hunc Euagelistam explicādum populo, & cum deessent commentarij, qui satisfacerent, uenit ut subueniā. Obtemperauī, nam usum petebat Ecclesiæ cōmunitatis: Ergo qualiter conciones sunt factæ, sic & scripta sunt hæc, saltim

a 5 uidelicet,

E P I S T O L A

uidelicet, quę causa est, cur omnia sint mi-
nus aequalia. Postquam ad finē erat per-
uentum, non iam unus impellit ad eden-
dū sed complures, persuasi quem dixi-
mus usum prouenturum esse. Nam ego
quidē, ut dicam ingenue, hactenus ini-
quier fui commentarijs tam multis in li-
teras Dei, non quod displicerent, aut inu-
tiles putarem, aut quod non uiderem ra-
tionem illorum non admodum à cōcio-
nibus differre, sed quia timerē futurum,
quod olim factū cernimus, tot enim com-
mentariorum libris editis, huc res perue-
nit, ut scriptura neglecta propemodum,
solis commentarijs opera data sit: Vnde
& ex solis eis sunt docti homines ad per-
niciem multarū animarum, ut quę carue-
runt firmo ac solido conscientiarum sola-
tio, quod ē sola scriptura haustū oportet.
Nescio enim quī accidat, ut una & eadē
sententia non ita sonet ex ore nobis ho-
minis, ut ex ore Sp̄iritus, nimirum quod
existimatio ueri datur huic sine omni du-
bitatione

D E D I C A T O R I A.

bitationē, sed non pariter homīni. Quod
igitur facio, cōsilium est magis aliorum,
quām meū. nam præter ea quæ dixi, no
ui paruitatē meam, noui tenuitatē sp̄iri
tus intelligentiæ meæ, & grāde noui mē
tis diuinæ sensa tot exēplaribus expone
re mundo. Verū quicquid est, quod ede
re persuasus sum, opus erat, non dico de
fensore (nolim enim defendi, non defen
dendū: aboleatur siquid tale fuerit hic re
pertum) sed ornamento, quod mox in
fronte statuerem operis uelut illectamen
tum ad ea cognoscenda, quæ concessis
sem. Vīsa est autem ad hoc meum consi
lium explendū longè efficacissima nomi
nis tui præstantia, quod clarum est pru
dētia, iusticia, clemētia, & ijs uirtutibus,
quæ in primis esse debent in Capite Rei
pub. ut sunt cognitio ac defensio legum,
nosse personā se gerere ciuitatis, facilem
esse in audiēdis querelis, in tolerādis labo
ribus, non habere personarū respectum,
uacare cupidine habendi, adeoq; mune
rum,

E P I S T O L A

rum, adulatoriis non indulgere, ius habita ueritate fortiter reddere, ac dies nostri de felici statu ciuitatis totius cogitare. De quibus singillatim dicere liberet, nisi uererer non posse me satisfacere dignitatí tuæ. De pietate uero tua cogit pie tas, ne taceam, qualiter cuncti tandem explicem, & eloquar: Nam ut semper boni senatoris nomen gessisti, boni ac prudenter Tribuni, ita postquam ad Consulatus fastigium adscendisti, boni, sapientis, & prij Consulis ac patris fers titulum. Nā protinus ab initio, ubi ueritatis cognouisti lucem ex Euangelio, sic eam amplecti, colere, souere, promouere cœpisti, ut bona partē restitutæ uerae pietatis ac religionis Ecclesia tibi Basiliensis debeat. Omnium piorum factus continuo refugium, bone Deus, quam graues labores, quanta onera, quantam inuidiam tum sustinere coactus es. Et quō hostes fuerāt maiores nobilitate, doctrina, dignitate, tanto uehem mentius laborādum erat. Verum quem delegeras,

DEDICATORIA.

deligeras, & nactus eras defensorem, auxiliatus est adeò potenter, ut ad tranquillitatē omnia tandem perducta sint. Amasti præterea semper eos, per quos dignatus est Dominus mysteria sua uelut postliminio reddere mundo, neutiquam similis eorum, qui etiam postquam uerbum uidentur amplecti, & ueritatem agnosce re, nescio quo uelut nativo odio prosequuntur doctores suos, quod in potestate constituti ulcus tangi sibi non æquo se rant animo. Agnoscis cooperarios Dei, & nihil ab eis dici quod is non iubeat, doctrinam eorum esse Dei, redargutionem, correptionē, institutionē esse Dei, et nihil quod agūt in Ecclesia nō Dei, modò sint tales, ut oues pascāt, et Christo pascāt, nō sibi. Atq[ue] hac quidē ratione nullus illorū te nō amat, ueneratur, & uelut numē hic in terris presentissimū statuit. Quę uero sit in te seueritas in malos mores, quæ uoluntas in auctu uirtutum, an non patet ex doloris magnitudine, quo adficeris, quo ties

E P I S T O L A

ties patratur, quod contaminat sinceritatem Euangelicam: Quodq[ue] tanto studio literas promouere conaris, & disciplinā urges Christianam in his, qui sunt literarum antistites: Si hic quantū est sapientiae ac prudentiae ueræ, tantum esset cognitionis literariæ, scio namq[ue] quāto melius, felicius, sanctius agerentur, quæcumq[ue] tum ad studia bona, tum ad disciplinam his arctissimè copulandam pertinēt. Tales profecto redunduntur (ut obiter tantarum uirtutum causam adiçiam) quibus lectio diuinarum scripturarum familiari effecta est. Num enim dies tibi sine illarū meditatione prætererit? Negocia non sunt tanta, quæ morem istum impedian: imò quò maiora sunt & frequentiora, eò diligentiores tibi faciunt illorum sermonum tractationem & exercitium, scienti, quæ cognitio dexteritasq[ue] rerum recte gendarum inde hauriatur. Melius se habent res Christianæ, si illa consuetudo principibus uiris esset omnibus: Literarum

DEDICATORIA.

rum est enim natura homines transfor-
mare in se: uidemus itaque, qui frequentes
sunt in Aristotele, Aristotelem referre, in
Platone Platonem, in Scoto Scotum, in
Nasone Nasonem: Quidni lōgē poten-
tius lectio diuina redderet diuinosc̄ hic est
enim uis fortiter, & secundum Deū im-
mutans, ut paulo superius ex Davide dī-
ctum est. Ut igitur ex Deo, lectionis sti-
mulo, facis omnia, sic in eundem dirigis
omnia, ut sepe dicere cogar & apud me,
& apud alios, ex paucis te unum esse, qui
consilia & facta per Deum disponat, di-
rigat, finiat, Patrem ergo te amant, & re-
uerentur omnes p̄ij. Imò & imp̄ij suspi-
ciunt, atque colunt, etiam dum intus fre-
munt dissecanturq;. Quae dico, coram
Domino, ex animo dico. Laudatur Prin-
cipes aliquādo iuuenes, non quidē quod
tales sint, sed ut tales fiant. Tali stimulo
tu miles pietatis ueteranus non indiges.
Quamobrem alio respexi, dum ista para-
rem, nempe ut libellum ornares, et exem-
pli

E P I S T O L A D E D I C.

plo foris alijs, si forte quibusdā, eiusdem
tecū ordinis, ex hac Epistola uelut ima-
go pietatis proponeretis. Doceat & hæc
nūcupatio, quæ sit animi mei propensio
erga nomer: tuū, et me, ut haec tenus, com-
mendatum habe. Vale feliciter in Domi-
no, qui nobis te tantū huius urbis, & reli-
gionis uerē decus seruet quam diutissi-
mè. Basileæ vii. Martij. Anno

M. D. XXXVIII.

MARCI EVANGELISTAE
VITA.

MARCVM fuisse Petri discipu-
lum, nemo, à quibus aliquid
est memoriae de ipso cōmenda-
tum, non testatur. Vnde & Pe-
trus eum filiū suum adpellat in fine prio-
ris epistolæ. Tum etiā Euangeliū hoc bre-
ue, Romæ cōscripsisse rogatum à Fratri-
bus. Vīsum hoc & à Petro adprobatum,
ad legēdum fidelibus fuisse propositum.
Nec multo post, Marcum, aiunt, à Petro
missum Alexādriam, quæ ciuitas est Ae-
gypti nominatissima. Ibi receptū, sic do-
cuisse, et uixisse, ut non solum Alexandri
nos, sed magnam meridiei partem, ad fi-
dem Christi perduxerit, & ad bonorum
communionem exemplo eorū, qui Hie-
rosolymę principio nihil non in commu-
ne contulerāt, promouerit. Stilus est ad-
modū apertus, non habēs ubi quis hære-
re possit, Matheū refert, nisi quod omittit

A tit

V I T A.

tit quædā, quæ Matthæus pluribus nar-
rat. Euangeliū incipit à Ioāne Baptista,
ut in quo lex & Prophetę desierāt. Mul-
tis locis q̄ Matth , clarius scribit. Id quod
patebit inter interpretandum. Neronis
anno octauo mortuus dicitur, & sepul-
tus Alexandriæ, successoremq̄ habuisse
Ananiam. A quibusdam uero cōbusstus
memoratur fune collo inecto , pertra-
ctoq̄ ad supplicij locum usq; sub
regno Traiani ab insanis
idololatris mense A-
prili.

OSVALDI MYCO
NII LVCERNANI, IN SVMMO
TEMPLO BASILEAE PASTORIS,
in Marci Euangelium
Expositio.

CAPUT PRIMUM.

Initium Euangeli.



ECE R A T Deus hominem ad imaginem suam ab initio, sed hic per præuaricationem secundum illi mortuus, nihil eius retinuit, nisi quandā obscurā, imò remotā Dei cognitionem, & iusticiā, uitutumq; reliquarū. quæ quoties uires suas exeruit, sibi quidem uisa est & cognouisse, & traciisse omnia bona, & honesta plus quam recte, & uerè, cum præter speciem horum, imò uerius umbram, nihil prorsus tenuerit. Et quod ueritatem inuenisse se prorsus fuerat persuasa, præcepta deit bene uiuendi, ut hic uita per bonas, & honestas actiones transmissa, post mortem felicius degendi spes compararetur. Atq; ideo nunc ciat illa egrægia præcepta per totum mundum, sic spe trans omnes homines ad frugē iusti imæ uite posse peringere. In super & populo, qui tum Dei populus uocatur,

A 2 batur,

CAP.I. OSVALDI MYCONII

batur, per Mosen Dei ministrum adnunciata lex est, qua pariter existimata est à multis homini iusticiam adferre, cum potius indicaret misericordiam, & imbecillitatem hominis. qua nihil, quod Dei est, & eius mandatorum efficerere potest. Quocirca tametsi nuncium fuit, quod dictauit' ratio, quodq; præscripsit lex ipsa, nō tamen Euangelium, id est, bonum nūcium fuit, quo uidelicet homo uerē bonus, & uerē iustus efficitur. Hoc ipsum enim est de Iesu Christo, quem Pater in mūdum propterea misit, ut benedictionem olim promissam adferret. quamobrem, inquit Marcus: Initium Euangeliū Iesu Christi. Initium, inquam, boni nūcij, salutis, scilicet, humanae, est de Iesu Christo, utpote de eo, per quem unum salus à Deo promissa est olim. Quocirca frustranea est, quod ad iustificationē adminet, omnis philosophia, omnes leges ad uitam bonā institutae, et quicquid ab humana ratione uel processit, uel receptum est, etiamsi de cœlo uenerit. Quod additur, Filij Dei, ob hoc adiectū est, ut intelligamus, boni illius nūcij certitudinem, firmitatem, & perfectionem. Nuncium est, Christum ferre nobis salutem, & bona simul omnia. Hęc salus perfecta est, quia à filio Dei adlatata: non enim potest filius Dei quid imperfectum agere, neq; Deus per filium. Quocirca horrendū, quod hic contradicit Papa de merito, de purgatorio, de missa, de bonis operibus. Nam res si sic habet, ut ille dicit (Christus quidē mortuus est propter peccata nostra, nihilominus tamen

IN MARCI EVANG. EXPO.

Tamē satisfacere nos oportet: Christi sanguis imperfectam salutem adulit. Cōsyderet uir Dei blasphemia in Deum, & Christum. & an non sint sub regno Papae tempora, de quibus Petrus 2. capite 2. Erunt falsi doctores, qui clam inducent sectas pernicioſas, etiam dominū, qui illos mercatus est abnegāt̄. Agant igitur gratias Deo sine interimſione, quibus datū est eius misericordiam, & benignitatem noſſe, complecti, & gratitudine prosequi. tantum est enim, quod largitus eſt, ut omnis humanus ſensus, ad id recte contemplandum deficiat. Initium itaq; tam ſalutiferi nunciū eſt, quemadmodum tradiderūt Prophetæ. Olim dictum eſt per uiros Dei ex ſpū sancto, ſic futurum, ut ſalutem per promiſſum Dei conſequerentur homines. Huius igitur initium eſt à prædicatione Ioannis Baptiſtæ. Secundū prophetarū oracula. Vnde quidem intelligimus, de iuſtificatione hominum mox ab initio conſtituisse Deum, deinde per Prophetas prodidisse, tandem præſtitifſe, quemadmodum prodiderat. Inſipientiam igitur ſapi-entium interea pertulit, ut ſua tandem ſapiencia, & bo-nitate confunderet illam, quō cognoscentes, ſeſe abieclis, toti Deo deuouerentur.

Ecce ego mitto.

Prius testimoniuſ ex Malach. capite 2. præcurſorem Ioannem significat, & eius officium, quod quidem erat, antequam cognosceretur Christus, homines docere refi-

A 3 pifſentiam

piscitiam à uita priore per flagitia, & hypocrisim trāſ acta. Tum indicare, undēnam uires emēdandae uitæ sup peditarentur, nempe Domino Iesu, quem Euangelium, cuius ille initium fecit, nobis iam à patre demonstrat exhibitum ad salutem. Id quod alij pluribus uerbis, alij paucioribus describunt. Marcus hic dicit, ex Esa. ca. 40. Vox clamantis in deserto, parate uiā Domini, reclusa ite seruitas eius. Luc. pluribus adhuc uerbis utitur, ca. 3. Matt. Hoc uno uerbo complectitur totum, ut rāvoēte, resipi scite. Quod uerò subiungit uerba, quæ Marcus hic habet, exponendi gratia subiungit. Alteram partem officij Ba ptistæ Matt. per hæc exprimit: Ad propinquauit enim regnum cœlorum, id est, Christus ipse, qui regnū illud aperit, introducit, donat. Mar. & Luc. his uerbis, Prædicans baptismum poenitentiæ in remissionem peccatorum, hoc est, Prædicans resipiscendum esse, & baptismi signum recipiendum, in remissionem peccatorū impetrādam per Christum. Tria fecit igitur Ioannes: Prædicauit poenitentiam, id est, nouam uitam; et prædicauit Euangelium, nouam hanc putam uitam acquisiūm iri per Christum. Tandem aqua baptizauit eos, qui ipsius se manibus subde bant. Ad quid uerò baptismus inquis? Dicam breuiter. Si gnat, monet, repræsentat. Signat eos, qui nomē dederunt Christo. Monet uolūtatis gratiæq; Dei, quā misericordia largi tus est per mortē filij Deus. Repræsentat quoq; peccato rū remissionē in sanguine Christi, atq; hoc ipsum suo quo dammodo

IN MARCI EVANG. EXPO. 4

dam modo, id est, sacramentaliter. Nam hec est signorum
 nis, ut sic statuant, quod uerbum promissionis ipsis ad-
 iunctū continet, id quod facile probant omnia veteris te-
 stamenti signa. Vnde baptismus signum uocatur regene-
 tionsis Paulo, nō quidē, quod is per se regeneret, sed quod
 Deus per ipsum uirtute Christi sanguinis interuenien-
 te. Præterea Christū induit apud Paul. Baptismus. Gal.
 3. id est, docet Christū adprehensum esse, & agnitiū fide,
 ut per quem Pater nos exaudiat, iuuet, liberet ab omni-
 bus malis. Significat apud eundem nos esse Christo conse-
 pultos. Ro. 6. id est, mortuos esse peccatis, et iacere ueluti
 sepultos, at non diu, quemadmodum nec Christus mansit
 in sepulchro diu, sed resurrexit. Nam & nobis ita resur-
 gendum in nouam uitam, neq; relabendū in flagitia prio-
 ra, sicuti Christus nō moritur amplius. Hæc autē, ut recte
 capiamus. diligenter adtendendum, quid sit Paulo mori-
 peccato, sepeliri per baptismum in mortem Christi, abo-
 leri corpus peccati. Nam ipse satis scipsum exponit, dum
 dicit: Ut post hac non seruiamus peccato. Et paulò post.
 Ne regnet igitur peccatum in mortali corpore uestro.
 Ex quibus patet, per baptismum significari nobis morti-
 ficationē, & uiuisationem, ut quotiescunq; signū hoc,
 quod nobiscum circumgestamus, intuebimur, in mentem
 redeat professio nostra, & peccatorum adfectibus neca-
 tis, uitam innocentem degamus. Ita fieri enim, ut uita no-
 stra poenitentia sit perpetua, id est, ut dolcamus et conite-

ramus propter peccata, quae patrauimus, et propter adfectuum, quibus pleni sumus, improbitatem. Fidem uero Christi habetes, erigamur in Deum, spe certa freti, ab eis nos nunquam destitutum iri, pugnemusque per uirtutem illius contra peccata, ne denuo recidamus in tam pestilente seruitute, et charitatis nos deuoueamus operibus. Nam sine fide poenitentia desperatio est. Agit autem, ut ad principium redeam, Baptismus, quae dixi, si fides fuerit in nobis. Per hanc enim accipimus, quicquid Deus per signa nobis offert. Quamobrem semper orandum, Domine adauge nobis fidem, ut donis omnibus Dei recipiendis simus accommodi.

Confiteentes peccata sua.

Non eo modo, quo peccatorum confessionem Ecclesia RO. tenet; sed quo fatetur se peccatore esse, qui uerbo, seu facto demonstrat, ut uidentes intelligant, qualiter ille de se sentiat. Prædicabat resipiscientiam Ioannes, et Christus olim promissum adesse nunciabat, per quem peccata forent tollenda. Recepturis hanc doctrinam signum proponebat nouum aquæ latacrū. Iam qui huc accedebant, non ne confitebantur facto, quales nam se esse agnosceret? Quod si uero quis ex uerbo docebat se peccatorem esse, non id faciebat singillatim tamen, sed in cōmune, nisi consultandi fortassis gratia Ioannem aliquis adierit, quo consiliū, & consolationē de Christo fortiorē auferret.

Erat

Erat enim Ioannes induitus pilis.

Describit à uitæ seueritate præcursum, nam neq; ue
stium curauit splendorem, neq; delicias ciborum, sed pa
rabilibus cōtentus. officio pietatis incumbebat, quo uiam
recteuenturo pararet Domino. Pro exemplari sit Ioan
nes omnibus, qui prædicaturi sunt Christum. Mundo re
nuntietur enim oportet, ac omni pompæ eius & delicijs,
si pure, & efficaciter Euāgeliū docere uoluerint. Nam
siquid malarum adhuc adfectionum hæscrit potentius, ti
mendum certè, ne quando præcipitatur & sint eos perni
ciosissimè. Et ne quis existimet in eremo uiclitandum,
Euāgeliij uerbum promulgaturo, sciat nec Christum ita
uixisse, nisi dieb. aliquot, cuius exemplum inimitabile ta
men nobis: nec Apostolos, qui tamen non Iudeis solum,
sed toti mundo Euāgeliū annuntiatur erant, & eum
Christo lucrifacuti. Cætera tamen non ita absimiles fue
runt Baptistæ morum, hoc quo diximus, modo. Hic enim
nullus uestium cultus, nullæ ciborum delicie, mundana
rum rerū nulla cupiditas, nisi quam Christus præcipuis
de causis tolerarat, ut eius æstum sensim extingueret. De
uestitu Io. (ut obiter hoc dicamus) stulti sacrifici, picto
res stultos, & inexpertos docuerunt, tanquam pelle ca
meli fuerit amictus, cum aperte dicant Euāgelistæ, pilis
cameli suisse teclū, hoc est, ueste ex cameli pilis cōfecta, id
est, asperrima. Vnde et Christus dicit Matt. ii. de Io: Age,

A 5 quid

quid existis ut uideretis? Num hominem mollibus amictum uestibus? De locustis Pli. lib. 11. c. 19. de melle sylvestri, lib. cod. c. 16. Cingulū fuit pellicum circū lumbos, ut in omnibus quæ Io. egit, imò quibus usus est simplicitatem, & negligentiam intelligamus. Cui enim diuina sunt proposita, spiritus instigatione multò aliter, quam mundus soleat, etiam quæ sunt mundi, prosequitur. Quia de re Paulus, prima Corinth. 7.

Prædicauit dicens. Veniet

Ioannes ab omnibus magni habebatur, & colebatur prophetæ loco. Mat. 21. Ne igitur preferretur Christo, diligens fuit inter docendū, ut omnes nosset, quām ipse nihil, Christus foret omnia. Quod uero et ipse esset, non quidē à se, uerū ab illo per ipsum spiritū esse, dicit ergo ueniet fortior me post me. Vbi quidē, quod dicit fortior, respicere uidetur ad hoc quod sequitur: Ego quidē baptiso aqua, &c. Imbecillus erat Io. baptisauerat enim aqua, nō nisi ut Christus manifestaretur Israëli. Io. 1. Fortis uero Christus, qui per spiritū suū regenerauerat, et hodie regenerat homines, ut è terrenis siant cœlestes, & carnalib. spirituales, è peccatori. et seruis diabolis, filiis Dei. Ad imbecillitatē igitur hāc & humiditatē cognoscēdā, Io. subdit. Cuius nō sum dignus, &c. Extremi est ministerij, nēpe seruorū, soluere calciamēta domini. Hoc autē circa Christū dicitur se esse indignū. Cæterū hac dēre
Io. plu-

IN MARCI EVANG. EXPO.

6

Io. pluribus disputat Io. 1. & 3. Hic uelim Papistas expēdere suam impotentiam, dum uolunt per opera bona mereri cœlū, siue propria, siue mercenaria. Io. adhuc in utero matris existens accepit spiritū sanctū, in lucem editus per eundem egit omnia, nunquam enim ab hoc destitutus est, interim tamen se sic abiicit, ut ex eo testimonium mereatur à Christo, inter natos mulierū non surrexisse maiorem Ioāne baptista. Quid igitur, qui tantum ab illo distant, & spiritu, & operibus? An opera, quae faciunt ipsi proprijs viribus merentur, quae fecit Io. spiritu sancto nihil merentur? Bone Deus, quae ista seductio? Cognoscant se miseri nobiscū, et confiteantur peccata sua, testeturq; gratiam salutis à Deo per unū Christum Domum nostrū, ni malint iram Dei manere sup ipsos in perpetuum. Ex his discrimē, puto, facile dinoſcitur inter baptisma Io. et baptisma Christi. Nam illud aquæ: hoc spiritus est. Tum apostolorū baptisma non aliud esse, quam Ioannis, si aliud esset enim: iā aquæ baptismus duplex esset, cū simplex sit. Eph. 4. Nec Christus, nec apostoli baptizati essent, quemadmodū nos. Imò et ipsi apostoli baptizassent aliter ante Christi glorificationē, aliter post. (baptizarū enim Io. 2. et 4.) Quod qdī, q̄ sit absurdū, quis uel tantillū habēs fidei, nō capit? Sed de baptismo hacten.

Et factum est in illis diebus. (nus.

Christus ut nihil omisit legaliū mandatorū, quin per fecerit,

fecerit, ita non uoluit aliquid omittere, quod pertineret ad nouam illam legem, quā tulerat ipse fidei puta: quam obrem ut baptizaretur, hoc est, signum acciperet noui testamēti, noui, inquam, fœderis, Ioannem adiūt, sic enim decebat ipsum omnem adimplere iustitiam. Matt. 3. Dux erat, et est usq; in perpetuum eius exercitus, qui profitetur se militaturum Domino, cōtrā quicquid est huic aduersum. quamobrem ut idem quoq; signū gestaret, conue niebat maxime. Quod si gestauit idē, non potest aliud esse baptismus noster à baptismo Ioannis. Patet obiter, quare nam Christus uoluerit baptizari. Commune uoluit enim fidelium, et piorum gestare signū, et ita quoq; fratribus assimilari: neq; horruit, quod illud esset peccatum, sed sumpsit eō libentius, quo norat hos sic pro cliuius iter arrepturos ad sc. Cum Io. 1. dicit Baptista per descensum spiritus sancti, signum à Deo patre filij cognoscendi sibi datū, torquetur nonnulli, qui factum sit, ut hic cognouerit, tanquam spiritū insidentem fuerit cōspicatus. Nemini dubium sit, quin Ioannes, qui norat Christum ex utero matris, Luc. 1. etiam nunc cognorit, antequā spiritus sanctus in Christum descendisset. Quomodo ergo dicitur, quod non nouerit? Non nouerat ex se, sed ex spiritu, quo plenus erat. Non nouerat item ex facie, quod hancenam nūquam occurserat etiā cognatus. Alter enim egreditur in deserto Iudeæ, alter apud parētes in Galilæa, qua propter recte dictum, non nouerat. Spiritus autem, ut docuerat

IN MARCI EVANG. EXPO.

7

euerait Pater non tam insedit, quò Ioanni fieret cognitus Christus, quam ut toti populo, cui sic loqui Patris signo cōspecto potuit Ioannes: Vidi spiritū descendētēm specie columbae de cœlo. Nam ita populo, quicquid prædicarat ille de Christo, fuit probabilius, atq; magis testatum.

Vidit.

Ad Ioānem hoc uerbum respicere, ex Ioannis capite 1. iam adducto patet. Alioqui positum est obscurius apud reliquos Euangelistas.

Tu es filius meus dilectus.

Pater testificatur de filio. primo, quod sit filius dilectus: deinde, quod in hoc uno placetur: tertio. hunc esse audiendum. Matt. 17. Quæ cum sint tam clara, ut nemo non uideat: tam aperta, ut nemo nō intelligat: tam denuo certa, ut nemo dubitare possit, quid subesse causæ ualebit, cur Papa cum suis aliud à filio dilecto medium erigere conetur, in quo cū Deo peccatores, & proinde hostes Dei, recōciliemur? Curse iubet audiri potius quam illū? An ue rior est, quam Deus? an Dei mentē nouit melius, quam ipsem et Deum? an potētior est q̄ Deus? An non homo est? an nō creatura Dei? Imo, an nō seruus Dei? (ita enim de se ipse testatur.) Si homo, si creatura, si seruus Dei, cur id non agnoscit? cur obliteratis que Deus præscripsit, aliud iubet? Mirum, si agnoscit, quod profitetur. Principis mini ster,

ster, si quid eiusmodi ageret, interim tamen uellet esse minister, non solum à principe, sed à nemine non explodetur: an Deus connuebit ad illatam grandia: imò contraria glorie suæ, noxia saluti hominum? Non profecto non connuebit, id quod clare nouimus uel ex parabola de seruo fideli, & in fideli Matt. 24. Luc. 12. Audiamus igitur nos per fidei simplicitatē, quō Deus audire iubet, sequamur uestigia eius, nec dubium sit, quin Deo geramus morem, etiam si mundus totus diuersum sentiat cum doctis suis, cum sua multitudine, cum annorum longitudo, cum sanctis suis. Certum sit nobis, Christum unum, & solum esse inter Deum, & nos mediatorem, & reconciliatorem, quo si nixi fuerimus, uerè patrem habituros esse Deum, si aliter, nihil minus.

Et codfestim spiritus ipsum.

Mox post baptisma suscepimus, spiritus, quo plenius erat Christus, ipsum expellit (ut intelligas uim, & quod sic diuina uoluntate fieri oportuerit) in desertum. Sed quare expellit: ut tentaretur à diabolo. Voluit Deus partam fieri, uerè carnem filii suū induisse, carnis enim sunt tentationes diabolicæ. Christus autem tentari se sustinuit ut per omnia nobis similis factus, nos in spem certam collocaret, auxilium indubitatum ad futurum nobis se, temptatione correptis. Tum exemplo suo docere, tentationes à diabolo paratas diuinam uitam instituentibus, presertim

IN MARCI EVANG. EXPO.

8

tim eis, qui uerbum Domini ad conuersationem coelestem
essent promulgaturi. Ceterum diabolus tentator quid uo-
luerit sibi Dominum tentando, uel ex hoc patebit. Nouit
aduenturum, qui sibi caput esset cōminuturus, an autem
hic esset, dubium fuit nimiriū, quamuis uocem Patris non
longo antē percepisset prauis auscultator. Viderat car-
nem, ut hominis: norat opus, ieiunium quadraginta die-
rum uidelicet, ut extra hominis uirtutem. Nec alia po-
tuit ratione, quod concipiuerat, exquirere, quām tenta-
tionis medio, quamobrem sic adgreditur, ut lapides mu-
tet in panes: ut se demittat ex prinnaculo templi: ut pro-
stratus adoret se. In primo uirtutem Dei manifestē cognos-
set. Vbi autem repulsum se uidit, ad peccandum prouo-
cat, nempe ut Deum tentet, id quod ex uerbis Christi fa-
cile dinoscitur. Non tentabis dominū Deum, etc. Verum
neq; sic cessat diabolus, (adeo non defatigatur in sua ma-
gnitate) rationem diuinam inuit, siquem adfectum, unde pu-
rum cognoscat hominem, inueniat. Nouerat malus d.e-
mon, quām sit humanum ingenium ad glorie cupidita-
tem prouum, & nihil non agat, tātum ut expleat se: Pro-
mittit ergo regna mundi, si proiectus se adoret. Nullibi
Christus cōcedit quicquam tentatori, sic uerbis, & poten-
tia cōtrahit, ut nihil fieret scilicet diabolo cōpertius, quām
Christum esse, quem ipse timuerat. Interim & illud de-
monstrans, carnem se talcm circumdedisse sibi, cui nulla
uel esset unquam, uel posset esse similis, nempe neuo ca-
rens omni-

rens omni peccatis naturæ. Quamobrem non potuit non
terreri diabolus, ut qui nosset tyrannidis suæ iam finem
instare, iudiciumq; latum contra se perpetuae condemna-
tionis. Mirari solent quidam, quod Christus ita se gestari
per aëra passus sit à cacodæmone, non cogitantes in ere-
mo hæc omnia facta esse. Quamobrem necesse est, adsum-
ptiones illas non quidem uerè factas, sed in uisionis spe-
cie Domino propositas, si sic potuisset caro, quæ per o-
mnia nobis similis adparebat, abduci, quo uoti compos-
factus fuisset diabolus. Nō enim absurdū modò, sed absq;
omni utilitate foret, eū qui spiritus sancto repletus præ par-
ticipibus suis agebat omnia, sic uelut in ulnis portatum
diaboli de loco ad locum tētatum esse, quid enim hic ho-
minibus commodi? quid uero non dubiorum suboriretur
humanæ torquentiū ingenia: præsertim cum tale aliquid
circ. tentationes nemini obuenerit unquam. Ediuerso
autem uarie temptationum forme sanctis uiris à uersuto
dæmoni sæpius obiectæ per experientiam quotidiana-
sciantur: quas quidem si quis ad hūc modum describeret,
quo scripta sunt hæc in præsentiarum de Christo, nemo
non diceret, ita factum, ut res manifestior esset, et clarior
legentibus. Quid' ni igitur in præsenti loco similiter agi-
mus? Sunt occasiones ex ueteri testamēto, quibus cœu uia-
munita est ad eiusmodi explicationē, ut de femorali Iere-
miae c.13. et dormitione Ezechielis. c.4. Quæ tametsi fue-
runt imaginaria, tamen sic describūtur, tanquā non secus
sint,

IN MARCI EVANG. EXPO. 9

sint, atq; scripta sunt, acta. Qua de re Bucerus in c. 4.
 Matth. Quamobrē desinat mirari iam illi, rem autem
 accipiant, prout usum præstat nobis, & ueram mali dæ-
 monis astus intelligētiam. Docemur autē exemplo Chri-
 sti, quomodo sit diabolus, dum nos tentat, repellendus:
 nempe fide uerbi Dei. Hic etenim si firmi steterimus,
 nunquam fiet, quin tentatori sit cedendum. Deinde nem
 nem esse posse liberum à temptationibus, postquam Chri-
 stus non effugerit. Præterea de quadragesimali ieunio
 ad imitationem ieuij Christi per Pontificem Ro. insti-
 tuto, quid adtinet dicere? cum hoc ipsum sequi non sit
 hominis. Deinde cum h.ec qualiscunque imitatio neq; sit
 ex fide, neque ex charitate, quia coacta est, proximo
 plus nocet, quam profit. Quæ si uera, ut sunt uerissima,
 non solum Deo non placere potest tale ieunium, sed &
 peccatum est. quicquid enim ex fide non enascitur, pecca-
 tum est. Ro. 14. Taceo, quod, ut nos ieunauimus hacte-
 nus, nō habet exemplum neq; in ueteri testamēto, neq; in
 nouo. Quis enim ita ieunauit unquam, ut uno pr. undio su-
 meret duplicatum ferē per omnia cibum, et potum? Cras-
 sioribus esculētis reiectis, delicatissima quæq; deligeret
 quod solent populi duces scilicet sacrifici, & opulentio-
 res. Collationem, quam uocant, sumeret, quael merce-
 narius in sumnis, & grauissimis laboribus satis superq;
 contentus foret? Hoc saturare quidem est, non ieunare.
 Qui ieunat, à cibo abstinet, nos nunquam magis cibo, et

B potu

potu distendimur, quam ad ecclesie Ro. prescriptum ie-
iunantes. Qui ieunat, carnis petulantiam compescere
habet in animo, quo mentis acies in deprecando facilus
ad Deum penetrare possit, nos torpidiores (nequid aliud
dicam) effecti, mentem nunquam ciborum multitudine
grauatam magis hebetem tenemus. Abstinuerunt à cibis
olim p̄ij homines, prout quisq; putarat conducere ad car-
nis refrenandam lasciviam, ad fundendas preces quam
purissimas, ad fidei sincerum exercitium: nos meritum
hinc, nescio quod, uestigamus, imò postulamus etiam, stu-
ti profectō, uel potius teneri nostrorum ieuniorum esti-
matores. Vnde fit, ut hodie nemo pius non clamet contra
tam ridiculam abstinentiam, ut quæ uel immodecam sati-
ritatem æquare possit, cōtrà uero nemo fidelis non uehat,
et reuocare studeat cibi mediocris usum, ut qui homi-
ninem et Deo quodammodo preparet, et ad omnem
uirtutem excercendam habiliorem efficiat. Quamobrem
adeò non est uerum, quod clamant Papistæ, nos tollere ie-
junia, ut omnes dies Christiani uiri pronunciemus perpe-
tuo abstinentiam esse, ciborumq; et potus rectum usum,
qui sit iunctus cum actione gratiarum, debere.

Eratq; cum feris, & Angeli, &c.

Ad deserti descriptionē hoc spectat, talis enim erat lo-
cus, ut feris esset repleius. Angelorū ministerio autē nū-
quā fuisse Christū destitutū, neminem dubitare puto, nisi
forte

IN MARCI EVANG. EXPO. 10

forte dum à diabolo tentatus est. unde Matthæus inquit
Tunc omittit illū diabolus, et ecce angelī accedebāt, ac mi-
nistrabāt ei. Expugnemus et nos diabolū, nec dubitemus,
post fugam huius angelos ad ministeriū nobis adfuturos.
Postquā autē cōprehensus esset Ioannes.

Hoc non ita capiendum tanquam Iesus prius omnino
non prædicauerit, ut patet Io. 3. sed quod se nūc amplius,
ac palam prodiderit per prædicationē. Prædicauit autem
regnum Dei, sic dicens: Impletum est tempus scilicet my-
sterij aperiendi, quod hactenus à mūdo fuerat abscondi-
tum, Ro. 16. Consilium etenim Dei de hominū salute nū-
quam sic fuit patefactum, ut temporib. Christi, tū etenim
cognitum est totū illud, quod is in carne perfecit, aperte
et dilucide adeò, ut id sensibus quoq; sit perceptū quo-
dammodo, nec non diuulgatum sensim per mundum uni-
uersum. Prioribus uero seculis paucis admodum notum
exitit, atq; hoc in spiritu tantū, quo promissum expecta-
rant Dei, nā qui sine spiritu in promissionem intēderant,
præstolati sunt, ut regem quidem temporalem, sic et salu-
tem, non enim ad animā, sed ad corpus oculos et mentem
declinauerant, id quod passim per Euangelicā patet histo-
riam, etiā ex discipulorū ignorātia. Quid autē sit: Imple-
tum est iēpus, per hoc sequēs exponitur: Instatq; regnum
Dei, ut que sit expositū. Nam Christus promissus pa-
tris, qui regnū Dei uocatur hoc loco, quod mūdo regnum

illud certissimè promeriturus erat, iam cæperat diffundere, quæ Pater dederat in commissis, atq; salutis mysterium paulatim inclarebat pīs hominibus, ex quo spes futuri regni concepta, firmiter tenebatur. Quia ergo regnum hoc instabat, subiungit:

Resipiscite, & credite Euangelio.

Nisi enim resipiscientia fuerit, Euangelio non erit locus. Oportet enim, homo se agnoscat peccatorē esse, tū ut peccatis uelit exonerari. Hinc adeſt Christus uocās: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, &c. Matt. 11. Nisi enim talis ille fuerit, Euāgelij nunquā erit capax. Propter peccatores enim uenit Christus in mundū, ut eos uocet ad poenitentiā, non propter iustos, ut patetibit ca. 2. Hæc disputatio est Paulo. ad Ro. statim ab initio, conatusq; totus, ut omnes homines in peccatum concludat, sed nō ob aliud, nisi ut omnes gratiae Christi fiant particeps. nā qui exciderit hinc, ab omni gratia Dei indubitanter excidit. Conſyderent hanc ueritatem misericordiū in regno Papæ, & desinant fidere iusticia suā nam aliter si fecerint, de eis actum est. Nisi enim, inquit Christus, credideritis, quod ego sum, moriemini in peccatis uestris. Io. 8. Primus itaq; ad Euāgelij gratiā gradus est, resipiscere, id est, sapere denuo. Nā despici homo, dum peccat, facit enim quod est cōtra Deū suum, et Dominum. Resipiscit, agnoscens quid commiserit, si desliterit, et deinceps

IN MARCI EVANG. EXPO. 11

inceps omni studio cauerit, ne relabatur, canis, & porci similis factus, quorum ille ad uomitum suum redit, hic lotus ad uolutabrum. 2. Petri 2. Hæc est euangelica poenitentia, cui tu si cōſeras papisticam, meram stulticiam, deceptionem meram inuenies: illa iubet, quod peccaueris, nunquā pecces. Hæc preculis, ieunijs, eleemosynis, uotis simulatis incubens, peccata tantum non promouet, securos facit enim, atq; ideo magis peccantes, quia tāillis rebus à flagitorum absoluī se reatu persuasi sunt homines miseri. Valeant Papistæ, qui clamant nos poenitentiæ sanctitatem annihilare, poenitētiam ueram reducimus, quæ uitam sic emendare iubet, ut deinceps pænitus nō sis, qui prius fueras. Illam arcemus, quæ ex humano sensu nata, nil nisi peccatores constituit, atq; hos perpetuos. Quire sicut ergo, quod nihil est magis in uotis quam à peccato liberari, iubetur credere Euāgelio, siue per Euangelium, nam Græcis est: οὐ πίστε ων τῷ διογκελίῳ, Quamvis alij dicant hebraismū esse. Hic nunciatur enim, per quem exonerentur, qui peccatorum sarcinis onusti laborant, Iesus Christus seruator mundi. Quamobrem recte Petrus. Non enim est aliud nomen sub cœlo datum inter homines, in quo oporteat nos saluos fieri. Actū 4. Quod si credendum est Euangelio tāquam uera, certaq; nuncianti de salute hominum, hoc autem per Christum Dei filium salutem promittat perfectam ut is est in carne suspensus in patibulum crucis, cur Papa seductor illam

ipsam per iusticiam humanaā promittit, quæ certam horā
rendæ comparatur, ncmpe pannis menstruo pollutis
Esa. 64. Cur isti consentiunt theologi, sacrifici, monachi,
laici, primi, & infimi? Si Christus tam est nullus apud
eos, abijciant potius nomen illius, quam sic dchonestent,
tanquam nostra iusticia meritis Christi præualeat: quam
sic illudant, tanquam nihil referat gestare titulum Dei,
interim tamen tam uili habere, ueluti gerant ad decipien-
dum potius, quam ad testificandum, cuius numinis culpo-
res existant. Ceterum ne illud præteream, paucis his uer-
bis Marci, atq; eis, quib. alij uiūtūr: Resipiscite, adpropin-
quauit enim regnum cœlorū, omnis ratio salutis cōpræhen-
ditur: Habent enim, desistendū à peccatis, nō recidēdum
credendum in Christū filium Dei, ad fidem probandam,
innocenter uiuendū. Insuper non opus esset indicare, nisi
fortasse propter simplices, iā dictis uerbis, cōcionis Chri-
sti summam cōpræhendi, quam multis ipse declarauerit,
atq; inde nimirū esse quod in ipsis uerbis diuersitas adpa-
ret, cum tamen in sensu nihil penitus sit dissentīes. Neq;
solū id hoc loco fit, sed etiā alibi, quamobrē admonitos ue-
lim simpliciores, nec torqueat plus satis, ubi tale aliquid
occurrit, sed mox uideat, si sententiam iſerit eadē, nihil
interesse, plus ne, an minus, aut etiā alio loco, et ordine dī-

Cū ambularet autē iuxta mare, &c. (xerit.

Doctor erat Christus, opus erat igitur discipulis, &
talibus

IN MARCI EVANG. EXPO. 12

talibus quidem, ut qui doctrinam, ipso abeunte, continua-
rent. h.e.c enim uolutas Dei, ut de se doctrinam omnes ho-
mines sciant. qua de re Io. 4. Christus: Meus cibus est, ut fa-
ciam uoluntatem eius, qui me misit, &c. Quo circa uoca-
re incipit, qui ad hoc munera uidebantur adcommodi, e
quibus primi Simon, & Andreas frater, secundi Iacobus,
& Ioannes filij zebedaei, omnes pescatores. Videamus
modum huius negotij. Principio uocat, atq; id est electi-
onis diuinæ, quæ non opus respicit, nec quippiam aliud,
sed uoluntatem suam. Ut placet igitur, sic agit, non hic so-
lum, sed ubiq; ut omnia sint ab ipsa, per ipsam, & in ip-
sam. Vocat autē pescatores, & qdni doctos uiros, ut pude-
faceret doctrinam, & sapientiā omnem mundi. 1. Cor. 1.
Vocat uerbo Sequimini: et faciā uos pista ores hominum.
Immittit spiritū uocatis mox obtemporanē: nā protinus
reliclis retibus, sequuti sunt cū. Ex quo nos hodie quoq;
uocationē rite factam plane possumus intelligere. Quod
Christustū fecit, mox discipuli cū Ecclesijs, nunc doctores
pariter cū Ecclesijs si sequuntur, ut sequuntur, probè fa-
ctum, si aliter, improbè. Videat Papa, et Episcopi, quām
pperā designarint hic protinus ab initio, dū gregē Domi-
ni pastoribus prouiderūt. Videat Catabaptista, qui seip-
sos in suggestū extollūt, spiritū Dei mētientes impulsore:
Videant, qui, uelut olim cāandidati, cirūcunt supplices ut in
hoc munus recipiātur, timendū enim, ne cōsultor adigat
alius pr̄eter zelum Dei. Sed cur nos ut hic seqm̄ur, ita in

sequenti parte nō sequimur: uocauit p̄scatores, quid nō
itidem & nos abiectos uocamus quosq; Voluit Christus,
& potuit sua diuinitate pudefacere sapientiam mundi
quamobrem elegit uiles, indoctos, & secūdum mundum
insipientes, non quidem ut tales manerent, nam sic quo
pacto docuissent alios? sed ut impleret spiritu suo, qui ma-
gnos, doctos, sapientesq; redderet, atq; ita ex illis doce-
ret ad confusione m̄nis sapientiae humanae. Nos huic
respicere cogimur ab imbecillitate, & ignorātia nostra,
ut eligamus, qui uidentur quodammodo pares discipulis
iam spiritu imbutis, & doctis, atq; ita facientes, non aber-
ramus à uero, & iusto. Conſideramus itaq; mores, uitam,
doctrinam, & quicquid est, quod cōuenit pro Pauli. do-
ctrina, 1. Timo. 3. & Tit. 1. speramusq; ubi hæc omnia
fuerint inuenta, spiritus quoq; uirtutem adesse. Quod si
quando species boni nos decepit, abigimus, & aliū sub-
rogamus in locum, usq; dum fuerit, cuius & uita, & do-
ctrina pietati conformis esse uidetur. Quod sequitur de
uocatione per uerbum, nihil dissimile habet nobiscum. Ut
Christus enim ait, sequimini, ita missionis utimur uerbo
nos, quod similiter hic spectat, quò spectauit ille, nempe
ut officium prædicādi uerbi Domini suscipiatur, id quod
sequentia docent, Faciam uos p̄scatores hominum. nihil
enim committimus aliud, nisi uerbum Euangeliū, & scri-
pturā Dei, quò homines lucrifiāt Domino. Nec spiritum
possumus immittere, sed ex operibus postquam spiritus
præsentiam

præsentiam animaduertimus, tunc tandem persuasi committimus uerbum, ut pro uirili adnuncietur. Hoc modo iudicamus probè nos secutos exemplū Domini nostri, quod adtinet ad uocationem. Illud addimus doctitum à Christo, Matt. 9. tum ab exemplo discipulorū, ut Luc. in Actis scribit, precamur Deum, ut operarios in messem extrudat, utpote cuius id est unice, quemadmodum docet, conscribere. Quid si sic perseuerauerimus, nunquid Euangelij prædicatione carbimur aliquando? Præter hæc de uocatione discipulorum uidetur esse dissonātia inter Euangeliastas. Verum si dixeris, quam Luc. scribit c. 5. non esse uocationem, sed admonitionem, qualis nam functio hæc futura esset, concordes reddisti. Vel si dixeris, miraculū, quod Luc. habet, à Matt. obmissum. utrumq; enim uerisimiliter potest defendi. Nam Io. 1. nondum uocauerat, Mar. idem dicit, quod Matt. &c. Cæterū mysteriū, quod subest, quia pescatores uocauit, explicat satis Christus illo uerbo. Facion uos pescatores hominum. Item miraculo, quod Luc. scribit, ut modo diximus.

Sequitū sunt eum.

Interim tamen redierūt et ad suos, et ad labores, ut patet mox, ubi socrū Petri sanabit Christus. Tū Matth. 9. de Matth. eo, et hic c. 2. de codem. Io. 21. et alibi sepe.

Etingrediuntur Capernaum.

Docet in congregacione coelestem illam doctrinam

B 5 salutis,

salutis, de qua supra, ita ut stuparet, nam erat noua, prius
in auditu, quid enim haec nus nisi legem audierant? ubi
præmia, et poenæ pro bene factis, et malefactis incul-
cantur, nunc autem gratiam, remissionem peccatorū per
solus fidei uirtutem ex mera Dei misericordia docebat
Christus. Neminem non capit talis adnuntiatio, nisi eos,
qui dicunt in cordibus suis: non es Deus, hoc est, impios,
et desperatos. Qui hodie sic se prodūt quidem, ut pijs o-
mnibus sint plus quam noti. Aliā quoq; causam stuporis
Euangelista ponit, docebat enim eos, tanquam authorita-
te preditus, non sicut scribæ. Aliter docet enim, qui docet
suos, aliter, qui alienos. Item aliter qui ex animo, aliter
qui ex interpretatione. Tū aliter qui spiritu Dei, et al-
ter, qui humano docet spiritu. Liquet igitur ut Christus,
et ut scribæ docuerint, et quur ille cū autoritate hi sine
authoritate. Verum nequis, quid hoc sit, docere cum au-
thoritate, roget, nihil esse sciat aliud, quam docere serio,
et ex animi penitralibus, nec quod suum est, sed quod est
Dei querere, salutisq; communis hominū. Iam haec quāta
ueritate, et studio fecerit scruator ille noster Iesus Chri-
stus, quis ignorare poterit? quo circa nō mirum, si is cum
authoritate, seu potestate docuisse scribatur. Vno liceat
hic uerbo monere doctores uerbi nostræ tempestatis, ut
ture sit uidelicet, quò scruent authoritatem apud audi-
tores, alioqui nunquam Euangeliū (quantum in ip-
sis est) predicabunt cum fructu, uerbum enim con-
temptum

IN MARCI EVANG. EXPO. 14.

temptum redditur à persona, quapropter uidendum omnibus modis, ut tales sint, qui iure contemni non ualeant. Quod facile tum sit, cum innocentiae studebunt uitæ, cum fidei robore fortes erunt ubiq; cum sic docebunt, ut uel impissimi quiq; gloriam Dei queri, fateri cogantur, cumq; dies noctesq; ut hæc suppeditetur à Domini spiri tu precabuntur. De leuioribus non opus est admonere, ut abstineant à rusticando, ab alijs laboribus item, ut uestes illas rusticanas abiiciat, nihilq; agat, quod persona contemptum possit adferre, uix credi potest enim, quam labores post beneficia suspicionem faciant auaritiae: uestes reddant è plebe uirum, nimia in communibus rebus familiatas obiectum. Hæc propter uerbū omnia, ne quis putet dignitatem, nescio quā, reducere presbyterij me uelle, aut otium papisticum renouare. Nam illud dico coram Deo, si quis uoluerit uel semel per septimanam rectè docere populum, tantum cum esse laborem, & tantū id requirere studium, ut ocio, nisi literarum, & cōtemplationum, pœnitius non sit locus. Evidem in hac sum sentētia, malum dæmonem ista docuisse ab initio statim Euāgeliū, quo uidelicet contemptum, ut diximus, personarum face ret: & a frequenti literarum Dei, nec non aliarū, que ad has aliquo modo iuuādas pertinet, abstraheret. Nā Pauli exemplū, quod pro subſidio adducunt, nihil proderit, alia ratio fuit laborum huius excellētiſimi uiri, quam alibi licet uidere, ne nos hic modum excedamus.

Et erat

Et erat in synagoga eorum
homo obno.

Dæmoniorum obfessio, quid aliud esse potest, quam morbus, qua Deus inter homines occulta sua iudicia nimis exercet? Vnde nobis causam rei tam occultæ nec scire, nec etiam inquirere, licet. Crudelis est agitatio, miseriaq; in oculis nostris, quamvis crudelior sit ea, quam newtes agitantur, atq; hæc quo magis latet, eo magis est horrenda. Occidit animam, cum illa corpus uexet, & sensus, anima plerūq; manete incolumi, sic enim testatur literæ euangelicæ. Si uidere possemus furias, quibus intus cœcutiuntur hodie pietatis osores, inuidi, auari, superbi contemptores omnis iusticiæ, & sanæ doctrinæ, & ydæcstori, ut dicere solemus, per omnem deinceps uitâ redderemur.

Nouit te qui sis? &c.

Diabolus mendax ueritatem dicit de filio Dei, quam id sit absurdum, quis nō nouit? Idem est enim nobis, si me retrix castitatem ferret, aut ebrius sobrietatem, canis pudorem. Hic etenim quid aliud quā uirtutes uilesceret? Vnde causa patet, cur diabolus testetur Iesum, sanctū illum esse Dei. Atq; ob id Christus cum loqui non sinit, insuper & ejicit, & quidem uerbo, ut cognoscant uidentes uirtutem eius, hoc est, diuinam potentiam, credantq; & salui redantur. Sed cur ita discerpi sinit Christus a diabolo miserū illū? Quod hic est caroçœfæv apud Luc. est ḡr̄fæv.
unde

unde intelligimus, crudeliter quidem hunc habitum, sed sine danno, nam addit Luc. nihilq; huic nocuit. Crudelitatem itaq; Christus permisit, nimirum ut miraculū esset in cordibus omniū maius, & admirabilius. Hunc etenim effectū fuisse cōsequutum, uerba docent manifestē, quae iat populus: Quid est hoc? quae doctrina noua hæc, &c.

Venerunt in domum Petri, &c.

Ecce hic reuersi sunt ad suos post primā uocationē, ut rectē tandem intelligamus, quod scribitur: Et reliclis omnibus secuti sunt eum. Reliquerunt quidem, sed ut interim sint usi tamen, id quod magis conueniebat, quam si abiecissent, alienis inhiantes. Nam nusquam inuenio, sic cedere bonis, aut disp̄sare illa, ut ab alijs emendices, quō sustincaris, placere Domino. Quācōbrem seductores sunt nocētissimi papales monachi, et Catabaptistæ, qui sic sua, suosq; relinquunt, ut hos non fouant pro iussu Dei, & illa, pr̄sertim Catabaptistæ, cū sui similibus cōsumant, interim uero per charitatē nemini prosint, obſint autem multis modis, monachi quidem mendicādo, cæteri loquacitate sua fallentes simplices, seduccndo, & impie bonis fraudando: simul autem hypocrisi pestilentissimè à ueritate Christi subtrahendo. Propellendi sunt itaq; pseudochristi tales, ne dicam eradicandi, quō fides, & charitas ex Euangelij uerbo rectē concepta pijs, tū Deo, tum homini, quod debetur, contribuant. Cæterū discimus ex eo,

quod

quod socrus Petri sanata ministravit Christo, & discipulis, morbis liberatos ministrare debere Deo, & sanctis, qui iādum in uiuis sunt, in signū gratitudinis. Nā aliter si fecerint, sanitas procul dubio cōfessura est in malum. Pugnat igitur hic locus aduersum eos, qui gloriātur ex Diuīorū se uotis incolumente esse cōsequitos, atq; idc seruit deinceps pertinaciter his, ut patronis suis (ita uocat enim) cū omnis gloria deberet dari Deo, cū largitori sanitatis optimo, et unico. Facto docēt, quām Deū in oculis non habeant, quām sanitatē ei nō referant acceptā, eitā s̄ dicāt, nihil minus se facere. Igitur ex uoto sanus effectus, quid nisi tētatur à Deo, an uidelicet sanatorē is uelit agno-

Vesperi uero cum occidisset sol. (scere?

Sanat multitudinē Dominus, uarijs correptam morbis, sanat item dæmoniacos, qui omnes fuerāt adducti seu adlati ad ædes, in quibus inerat, & hæc facit coram tota ciuitate, quod ad ostiū domus fuerat congregata. Quibus docet omnipotentiam suam, cui nulla morbi spes non cogitur cedere. Tum comprobat, se medicū esse potētiss. animæ peccatis morbidae. Qui uerbo, seu contactu potest sanare corporis morbos quoscunq;, an non poterit idem sanguine & morte sanitatē restituere deficienti flagitijs animæ? Sed & dæmoniorum se potentem demonstrat, ut quos non solū ejicit, uerum tā se cōfiteri nō permittit. Causam paulò superius diximus. Ex quo solatiū est fidelibus fortissimum, esse cuius robore uincatur, cui illud ne gocij

Pocij nunquā non est, circuire, & querere, quē deuoret.

Et mane multa adhuc nocte.

Abit ad orandū et solus, et mane, in locū desertū. Orat Dominus ut homo. Solus autē quārnat. Ut sit exēplo nobis similiter faciēdi, post quā sic docet. Tu uero cum oras, introito in cōclave tuū, &c. Matt. 6. Colloquiū enim cum Deo secessum quārit, quamobrē et ipse hoc loco secedit in desertū. Insuper et mane orat. Nā oratio sobria, cōelos penetrat, et omnibus est diurnis negocijs præponenda. Hæc omnia discimus à Domino, nō quod in cōetu Ecclesiastico nō sit orandū, aut tēpus seu locus orationi sit deslindādus, omni nāq; tēpore orandum, & in omni loco tollēdæ sunt manus puræ, uerū exēplum Domini sequi, dū reclē capimus, id uero in primis cōducit. E quidē in cōetu quoq; possum esse solus, dum intro in cubiculū cordis mei. Et dum in omni necessitate primō statim curro precibus ad Dominū, mane curro. i. in primis. Similiter locus est orādi, ubi me spiritus impellit. Quæ quidē si ritē seruauerimus, qcquid petierimus Patrē in nomine filij, dabitur nobis. Petrus cū alijs Dominū quārit, et post quā inuenit, dicit. omnes te quārūt. Nō mirū certè, quia omnes utilitatē aliquā ex ipso capiebant. Mirū autē cur nos in co quārēdo tam simus desides, tepidi, ac somnolēti, q multo maiora, quam illi, caperemus, imō et cepimus. Hæc est miseria carnis, quam deplorare quidem possumus, abijcere nō possumus. Precandum igitur, ut Dominus nobis subueniat.

Et ait

Et ait illis, Eamus in proximos.

Christus uenit in mundum, ut prædicet, ad quos erat missus, Iudeis omnibus. Quid prædicet? Euangeliū, se uidelicet esse unicūm Dei. Diligentia in præstanto officio nobis, qui uerbo sumus præfēcti, cōsyderand., & imitanda totis uiribus, alioqui non erimus digni tanto ministerio. Prædicat autē in synagogis, in multitudine, in quam, populi. Veritas enim uult esse nota omnibus, atq; ideo se præbet conspiciendam omnibus. Caret neuo, quo circa lumen nō fugit. Imo & ipsa lux existens tenebras fugat ex hominibus se se desyderantibus. Iterum ejicit dæmonia ad comprobandam potentiam suam, quamuis appareret in becillis, & ad robur addendum doctrinæ coelesti, quamuis iudicaretur noua.

Et uenit ad eum leprosus.

Leprosum mūdat, postquam is ad genua accedēs deprecatus est, si uis: potes me mundare. Consyderāda est nobis primò fides leprosi. Fuit h.ec integra, potētiā diuinam in carne Christi cognoscens, & ei non possibilia tribuens. Quis enim unquā medicatus est lepræ? Id quod ille tribuit uoluntati Christi. Si uis, inquit, potes me mundare. q.d. Nō est opus tibi alio medicamine, uelis tātum. Ex quo Deum esse confitetur. Nam solus is, que uult facit in cœlo, & in terra. Interim ecce modestiam in petendo. Adscribit Domino quidem potentiam, & hāc se nosse dcmonstrat,

IN MARCI EVANG. EXPO. 32

demonstrat: uerum ipsius uoluntati permittit sanationem;
ut qui nihil contra illam petere sustineat, uelut agnoscens
propter peccata sc merito morbi adeo foedum gestare.
Obiter itaq; notandum, esse duo petitionum genera, qui-
bus Deum imploramus. Alterum, ubi nō est opus adiu-
gere, si uis, aut fiat uoluntas tua: nam uult prius quam nos
petamus, & ita iubet nos petere, tantum id fiat serio ac fi-
deliter, quales petitiones Dominus prescribit in oratio-
ne sua. Alterum, ubi, & si precamur fideliter, addendum
est tamen, fiat uoluntas tua. Ut dum oramus sanitatem,
ut hic leprosus. Aut deprecamur mortem, sicut fecit Chri-
stus. Non certe quod non omnia sint offerenda uoluntati
diuinae, sed quod constet, Deum prioris generis petitio-
nes uelle, & amplecti, & potenter prorsus exaudiri, si
recte petierit. Aut quod fidei non sint omnia possibilia,
sed quod animus pīj nesciens, quare morbum imposuerit
Deus, ob peccata uidelicet patrata, an ut in futurū de pec-
catis caueat, sic adjicere solet ex pietate, non diffidentia.
fiat uoluntas tua, &c. Quod adtinet uero ad Christū, dili-
gēter expendendū, quam placide, quamq; suauiter occur-
rat fiducie leprosi in potentiam suā. Misertus enim illius,
& protensa manu tetigit eum, dicitq;: Volo, mundare
te et cepi dñm. Et sanatus est confessim leprosus. Vide-
mus inter prima, non opus multis uerbis esse (quod Chri-
stus docet Matth. 6.) dum quid petimus à Deo tātum cor-
sit rectum. Iuxta est enim Dominus omnibus inuocatibus

C eum, inuo-

eum, in ueritate. psalmo. 144. Promptitudinem deinde uidemus Dei ad succurrendum suis. ut sciamus nihil illi posse gratius euenire, quam si petendo, & instando nunquam ab eo digrediamur. Quod ex Luc. 18. Christus docet clarissime. Verum inquies. Quis nam te tigit leprosum Christus contra legem. Leuit. 5. An non obnoxius fuit delicto? R. Quicquid talium est legum, datum est, ut charitatis rationem in omnibus habere condisceremus. Nam praeter horrorem naturae, damnū etiam potest inuidere proximum ex me, qui tetigi leprosum. Hic autem uide, quam nihil contra charitatem, sed omniam charitatem Christus ergerit. Tetigit leprosum non tantum sine damno aliorum, sed cum magno commodo: uidebant enim potentiam Dei agētem inter homines. Tum abegit lepram à misero illo, quare nihil ei potuit maius contingere. Nihil ergo Dominus contra legem istam, que subiecta est charitati, sed pro ipsa fecerat.

Et comminatus est ei, statim, &c.

Cum beneficia hominum tacentur, habetur pro ingratitudine. Quidni longè magis, ubi tacētur beneficia Christi? Quare igitur hic prohibet, nec cui quid piam dicat sanctus? Nouerat certè hūc non taciturum Dominus. Imò nec quod factum erat posse latere, tum quod sanatus in confessum erat uenturus hominum, tum quod eundum ad sacerdotem, & offerendū pro emundatione sui secundum præceptum

IN MARCI EVANG. EXPO. 33

præceptum Mosis. quare placet quod ueteres dicunt: Do-
minum exemplum dedisse nobis ad fugiendam gloriam
omnē, præter Dei gloriā, utpote quæ est unicæ et quererē
da, & promouenda nobis. Et prodest certè, tantum hic
habere magistrum, postquam non est aliud adfectus, qui
pariter omnes uexet homines, ut gloriæ cupiditas. Pu-
dore suffundatur neceſſe est, quisquis gloriola stimulatus
cogitat, Christus, cui nihil par esse potest, omnē gloriam
fugies Patri, quicquid huius est, tribuit, quid tu igitur uer-
mis de gloria cogitas, aut sollicitus es? Perdet hic adfe-
ctus, niſi desinat, nobis Euāgelium hodie. Alij aliudquid
dam hoc comminiscuntur loco: qui uult, ab eis petat.

Sed abi teipsum ostende
sacerdoti.

De iudicio sacerdotis inter lepram & non lepram
legere est Lcuit. 13. De oblatione, cap. proximo. Noluit
Christus aliquid designari contra legem Patris sui, ut po-
te quæ à sanctissimo sancta erat, et ipse nondū legis quic-
quam abrogarat. Atque ita etiam miraculum factum in-
notescebat facilius, ubi sacerdotis de mundato iudicium
accederat. Quod & Christus uolebat, quemadmodum
docent h. ecuerba: In testimoniu illis. Sic enim sacerdoti-
bus erat testimonium de uirtute Christi, nempe ex pu-
rificato leproso, siue crederent deinde, siue non crede-
rent. Alij aliter. Ego cum nemine contenderim. Quæ
C 2 dico pro

dico pro mea fide ex litera dico simplicissime. Quæ hinc
& ex alijs locis similibus sunt à Papistis desumpta ad fir-
mandam confessionem auriculariem, nihil habent solidi.
Quæ hodie dicuntur à quibusdam in laudem confes-
sionis eiusmodi, tanquam disciplinæ saluberrimæ iuuen-
tis, nō reijsco, uerū quia humana sunt, uerboru quò tādem
sint exitura. Sunt parentes, quibus euidem maiorem de-
liberis curam non uellem admptam, sunt ludiliterarij,
sunt institutiones in templis pro pueris publicæ, est Ex-
cōmunicatio, et Magistratus est. hæc in populo Dei recē-
teneantur, & nō erit opus reuocare, quod semel est eiectū.

At ille egressus cœpit prædicare, &c.

Perperā fecisset hic, si Dominus prohibuisset, ne cū
diceret beneficium acceptum, serio. Verum quid mali ex
prædicatione illius? Virtus nota facta est omnibus, factus
est concursus hominum ad Christum tātus, ut non posset
iam introire in ciuitatem, sed fors erat in locis desertis.
Et si erant, qui propter miraculū solum uenirent, cuius
men non sit uerisimile, multos ex hac occasione per Chri-
sti doctrinam ad cognitionem ueram Dei, ex Christi ad-
ductos esse. Molestiam habuit Dominus. Esto. sed propte
re auenerat in mundum. In primis autem conducebat mi-
racula Christi quam cognitissima esse: cōfirmabant enim
doctrinam eius.

IN MARCI EVANG. EXPO. 35

CAPUT SECUNDUM.

Et iterum intrauit Ca-
pernaum



O C E T Dominus multitudinem, &
sanat paralyticū in ciuitate Capernaum,
quò denuò peruererat. Doctrinam cœ-
lestem spargit ex delegato officio, mira-
culum addit, ut ea cognoscatur esse diui-
na. Quæ sunt circa paralyticū facta, diligēter sunt expen-
dēda, ut fides portantiū, fides paralytici, remissa peccata,
murmuratio scribarū, potestas Christi in remittēdis pec-
catis, et eius rei cōprobatio. Fides portantiū integrā fuit,
quod re ipsa docent, dum illud student, ut infirmus ocu-
lis statuatur Domini, ueluti certi de restituenda sanitate.
Illa autem fides Christum ita permouit, quemadmodum
contextus docet (cum autē uidisset Iesus fidem illorum)
ut intus, & in corpore sanaret paralyticum. Ex quo sa-
tis perspicuum, uti profit fides aliena. Sicut & ex Centu-
rionis fide licet intelligere, propter quā famulus eius sa-
natus est à Christo absente. Matt. 8. Non quod uelim nul-
lam uel in paralytico, uel in famulo Centurionis fidem fu-
isse, sed literam sic, ut dicimus, manifeste exprimit. Nam
uerisimile est utrumq; habuisse, hunc ob tam fidelem Do-
minum, illum, quia se gestare à fidelibus ad Christum pas-
sus est. Habent enim ex ordinatione Dei fidei studia non

C 3 parvam

paruam efficaciam, unde infantes etiam in fide parentum & Ecclesiae baptizati creduntur suam nancisci uitatem. Et Paulo creditur profuisse fidelis oratio Stephani. Impetrat igitur Fides uera salutem corpori, et anima, ita tamen, si illi credant quoq; quibus salus obtigerit, uel ante salutis donū partum, uel post. Nam anima preser-
tim uita non contingit, nisi & ipsa credat. Vnde dictum:
Iustus ex sua fide uicturus est. Abac. i. Ab Apostolis mul-
ti sanati sunt ob suam ipsorum fidem, qui postea credere
cooperunt quam sanati fuerant. Et Paulus credidit post
orationis Stephani potentem efficaciam. Sic et de infide-
libus hodie, pro quibus orationes fiunt, dicere possumus,
fieri fideles, alioqui frustra pro eis rogaretur. Quod
autem no omnes infideles redduntur fideles, dum in ge-
nere tamen oratur pro omnibus oratione fidi, non est,
ut hereamus. Nam & si homo pro omnibus orat pro se
iubet Charitas, fides tamen in certos fertur, quorum con-
uersio sit gloria Deo, & ita prodest oratio tantum eis,
qui placet Domino, ut ad se convertantur. Quod Christus
priusquam sanet, remittit peccata, duo uidetur innuere.
quod uidelicet morbi pleriq; sint propter peccata. Et se
remitte di peccata potest atē habere, id quod paulo post di-
serte exponit. Dico plerunq; ne quis iudicet cum mundo,
dū pīj uiri laborat, & hoc esse propter peccata, nisi forte
futura, ne incidat. Murmurat scribæ, quod homo sibi tri-
bueret, quod erat solius Dei. Solus etenim Deus peccata
remittit,

IN MARCI EVANG. EXPO. 37

remittit, quod scribæ nouerant, doctiores hac in parte nostris hominibus, sacerdotibus uidelicet, ac monachis, qui gloriantur sibi potestatem hanc traditam, et magno prelio uendunt. Debebant cogitare, quod Eli dicit. 1. Reg. 2. Si peccauerit uir in uiru placari ei potest Deus: si autem in Deum peccauerit uir, quis orabit pro eo? Facile uisuri es- sent, quam foret impium adscribere sibi, quod solius est potentie Dei. Sed et Pharisæi non recte intendunt in uerba Christi, cum dicit. Fili, remittitur tibi peccata tua. Inter- pretatur enim, tanquam dixerit: Ego remitto tibi peccata. Veru sic solet hypocrisis etiam uerba Dei, ut calumniatur, ex cipere, ut pote cui nihil placet, nisi quod suu est. Quamvis non dixisset perpera Dominus, sicut in sequentibus iam ipse probat, quia non homo tantu, sed et Deus erat, et est Christus in sempiternu. Id quod docet hic clarissime, humanitate, quod sensibus hominu comprehendebatur, diuinitate, quod nouit cogitationes scribaru, quod remittit peccata, et quod sanat paralyticu uerbo. Quod igitur filius hominis peccata remittendi potestatem habeat, eorum Deus erat in ipso, re coprobat, dum iubet paralyticu surgere, et tollere grabatu, et abire in domu suu. Vnde confusi scribæ, populus aut reliquias stupebat, et Deum glorificabat, dicens: Nunquam sic uidimus. Considerandum in primis uidetur, quod Christus dicit: Ut aut sciatis, quod filius hominis habet potestatem in terra remittendi peccata, et c. Nam manebit immotum illud. Deus solus remittit peccata, uel ipso Deo

teste. Esa. 43. Ego sum, ego sum qui deleo peccata tua
propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. Quo-
modo ergo dicit Dominus, quod filius hominis habeat
potestatem remittendi peccata? Notandum, quod illud
ideo dicitur a Christo, quia talis est inter uerbum, & ho-
minem, seu carnem unio, ut Christus ita non solum dixe-
rit uerissime, sed et utilissime, nam inde uidemus, quod
nam sit carnis Domini preceum, etiam alibi, maxime in
passione. Postquam enim D. Paul. inquit, ad Coloss. ca.
2. Quoniam in illo inhabitat omnis plenitudo deitatis cor-
poraliter. facile est uidere fidibus, quam haec caro, ta-
metsi nostrae per omnia similis est excepto peccato, sit re-
liqua carne, ut quae non iustificatur in conspectu Dei, pre-
cellentior. Habet enim diuinitatem sic adiunctam, & uni-
tam sibi, ut unum quiddam sit ex rebus multo diuersissi-
mis constitutum, nempe Christus unus, uerius Deus & ho-
mo. Quamobrem deinceps recte tribuuntur Christo, eti-
am quae sunt solius uerbi. Christus, dicimus, sanavit lepro-
sum. Resuscitauit Lazaru, & cum illuminauit. Et Chri-
stus de se uerè dicit. Ego sum resurrectio, uita, ueritas.
Ego habeo potestatem ponendi animam, & habeo po-
testatem iterum sumendi eam. Item recte dicitur, Seruator
noster, & caro pro salute nostra in mortem est tradita,
& sanguis fusus in remissionem peccatorum nostrorum.
Hic quoque filium hominis habere potestatem remittendi
peccata. Et Io. 3. Nemo adscendit in celum, nisi qui descedit
de celo.

IN MARCI EVANG. EXPO. 29

de cœlo filius hominis. Vbi Cyrillus his uerbis differit.
Cum autem Dei uerbum de cœlo descendere, filium ho-
minis descendisse ait, in duas post incarnationem diuidi
personas recusans, nec alicui permittens, ut templū, quod
à uirgine sumptum fuit, alium filium, & alium Dei uer-
bum prædicet, quāvis quæ utriq; insunt naturaliter, de-
centem distinctionem suscipiat. Ut enim ex Deo uerbum
est, sic homo ex muliere. Unus igitur ex utrisq; Christus
filiatione in diuisibilis, & maiestate diuina. Quomodo
enim aliter, quæ soliuero Dei conueniunt, uirginis filio
accommodari poterūt? Quomodo autem econuerso, quæ
soli carni conueniunt, uerbo Dei attribuētur? Nunc enim
de cœlo filium hominis descēdisse ait, passionis uero tem-
pore, ipse filius Dei, tanquam ipse patiens, quæ humani-
tati sue solummodo congrua sunt, timuisse scribitur.
H.ec ille. Videmus ergo, qua ratione filio hominis tribui-
tur remissio peccatorum, nempe ob unitatem illā ineffa-
bilem uerbi & carnis inseparabiliter coniunctorum: is
enim filius non solum hominis est filius, sed & Dei, atq;
adeo Deus est. Vnde Beda dicit. Filius hominis habet in
terra potestatem remittendi peccata, ergo idem ipse &
Deus & filius hominis est: ut & homo Christus per diui-
nitatis sue potentiam peccata dimittere posset, & idem
Deus Christus per humanitatis sue fragilitatem pro pec-
catoribus mori. Ex quibus patet, recte tribui Verbo, quod
est carnis, & ediuerso carni, quod est Verbi, atq; id ob

CAP.II. OSVALDI MYCONII

arctam illam unionem inter se, neq; tamen permiscerintur as interim, id est enim impossibile. Deus etenim non potest fieri creatura, neq; creatura Deus, natura utriq; repugnante. Haec cur dicamus, hanc habet ratione, ut melius, atq; perfectius, Christi præcellentia cognita, de ipso sentiamus, acteneamus, diligentiusq; monita eius obseruantes sequamur quocunq; duxerit: lux enim est mundi, quam qui sequitur, non ambulabit in tenebris,

Et egressus est rursus ad mare, &c.

Docendi munus nullibi omittit Christus ubi est occasio. Prætercundo autem teloneū, Matthæū uocat ad Apostolatum, quamvis publicanum. Neminem enim cōtemnit Deus, qui uerbis suis morem gerit. Peccator fuit Matthæus, nēpe publicanus, quod genus hominū à Iudeis inter contēptissimos quoq; reputatū est olim, sed obsecetur uerbo Christi. Mox enim ut hic dicit, sequere me, surgit, ac sequitur, nihil paenitens uel causans, uel rogās. Verbum namq; Christi nō aures solum corporis pertigerat, sed et mentis, que dum esset à Spiritu præparata, nouit continuo et ueritatis esse uerbum, et morigerandum esse, quemadmodū fit cum omnibus, qui uerbum Dei percipiunt efficaciter. Secus cum illis, qui sonum uerbi tantum audiunt, etiam si, quod dicitur, intelligunt.

Et factum est, cum accumberet in, &c.

Matthæus uir nō ingratus, beneficium Domini corde agnoscens

IN MARCI EVANG. EXPO. 4^a

agnoscens, quod potuit ad testificandum animi sui promptitudinem exhibet, parat enim cōuiuum Christo, discipulisq; ad quod & alios publicanos, & peccatores, quibus Christus fuerat cordi, inuitat, eum honorem præbēs, quem nouerat ei gratissimum esse. Pœnitētibus enim gaudet Deus & Christus eius, nō pomposis mundi huius lariis. Verum quid scribæ & Pharisæi? Quod agit Dominus superciliosè iudicant, & condemnant, tanquam ille horrendè peccasset. Quare dicunt: Quid est, quod cum publicanis, et peccatoribus edit, ac bibit? Ille inquam, qui magna diuinā que iactat, qui miranda facit, qui se, ueluti Deum, dum peccatum remittit, ostentat, cur tales dignatur habere coniuas, quibus cōtemptiores inter nos non uiūnt? Verū Christus hoc auribus diuinis auditō, ait illis.

Non opus habent, qui ualent, medico.

Ego, q.d. in mundum ueni, quod uos ignoratis, ut me dicus, non quidem corporum, quamvis & ijs medear, sed animarum. Quibus igitur reclius me adiungo, ualentibus, propter quos non ueni, an mālē habentibus, propter quos unice ueni? Cogitate igitur medici ingenium, & de me secus iudicabitis, imò et sanius. Ad uos non sicut adeo, quia ualetis, morbum uestrum non agnoscentes, cum sitis tamen maxime inualidi, nam si adirem, repelleretis. Imò repellitis, quoties adeo, doctrinam, miracula, uitam, coelestem uim illam, quam ante oculos pono uilipendentes

uilependentes Diuertendum igitur ad illos, qui se suamq;
miseriam agnoscentes, me porreclis excipiunt manibus,
et sani sunt. Similitudinem hanc à medico desumptam
exponit Dominus, ne quis abò trahat, inquiens. Non uer-
ni ad uocandum iustos, &c. Nam his docet, qualis nam
sit medicus, iniustitiae medetur enim, auferens eam ab o-
mnibus, qui in ipsum credunt, id quod legi non est possibi-
le, cui tamen deuoti erant Scribe et Pharisæi, ut extra
quam non esset iustitia. Igitur iustos hi se putantes ex
lege, frustra uocati essent ad poenitentiam, ut qua non in-
digebant suo quidem uidere. Sed indigebant peccatores,
atq; id agnoscabant, quāobrem Christus et medicamen-
ta dabat, et illi recipiebant salubriter, dum uitam muta-
bant in melius, et omnem incolumitatis uirtutem tribue-
bat certa fiducia Christo. Discendū hinc est primò, quā
sit malum deplorandum, existimatio propriæ iusticie:
redit enim gloriosos, contemptores Dei et hominum.
Cum ceterim Dei sit iustificare, facit, ut homo sibi iustifi-
cationē tribuat ex eo, quod agere uidetur ex præscripto
legis diuine, cū tamen uires ei defint ad eam faciendā, si
ritualis enim est. Ro. 7. homo uero nil nisi caro. Gen. 6.
Tum et homines contemnit, quicunq; non ea uia ingre-
diuntur, que sibi uidetur probabilis. Multò magis autem
contēnit palam peccantes, ut cuius iusticia non est nisi ex
comparatione. Ille adulter est, ego nō sum. Igitur ego sum
iustus. Ignorat hi, quod Paul. monet. Gal. 6. Opus autem
suum

Suum probet unusquisque, &c. Videndum igitur non qualis sim erga hunc, uel illum, sed qualis erga uoluntatem Dei. Secundo discendum solatium multò maximum, ubi Christus dicit, se medicū esse animarum, & propter peccatores uenisse in mundū. Ergo qui animam habet morbo infectam, si uult sanari, in promptu est qui sanat. Ut sanctet enim, descendit ē cælo. Io. 12. Non enim ueni ut iudicem mundum, sed ut seruem mundum. Insuper & uocat non hunc aut illū, sed omnes, qui laborant, et onerati sunt peccatorum onere, Matt. 11. omnes refocillaturus. ne quis dicat cū Caino. Maior est iniquitas mea, quam ut ueniam merear. Cōtra desperationem scutū ualentissimum. Diligenter igitur sunt hæc uerba Domini recōdenda uisceribus imis, ne quid cōtra salutem peccantiū tentet Satanas.

Et discipuli Ioannis: & Pharisēi.

Comederat Christus cum peccatoribus, unde calumniandi est ansa data Pharisēis. Querunt nunc aliam discipulis Ioannis sibi adiunctis, cō quod discipuli eius non ieunarent, sicut discipuli Ioannis ac Pharisēorum. Rogant igitur simul, ut hinc patet, cur nam id ita fiat, cum uiam conetur docere meliorem & perfectiōrem ad uitam aeternam: Ieiunia autem non inter postrema bona numerentur opera, quibus cœlum paretur. Lucas addit etiam preces. ca. 5. Dominus respondet, q.d. Est tempus ieunandi & precandi, & est tempus non ieundi &

nandi & non precandi. Hoc quidem tum est, ut per similitudinem respondeam, cum filij thalami nuptialis, amici inquam iunctissimi sunt cum sponso. Illud tunc erit, cum sponsus auffertur. Tempus illud desponsationis totum usq; ad nuptias, ut curis uacet, nemini clam est. Vrū ubi sponsus iam factus est maritus, & sponsa uxor, curae mox incipiunt, & augmentur subinde in finem usq;. Sic res habuit omnino cū Christo, et discipulis. Interim enim dum apud eos fuit, quibus nā molestijs p̄fisi sunt? Profec̄tū nullis. Vnde et Dominus audet rogare Luc. 22. Q̄um misi uos sine sacculo & pera, & calciamentis, num quid defuit uobis? Sed postquam est ablatus ab eis, tūc impletū est, quod p̄dixerat Io. 16. In mundo adflictionem habetis. Tunc & ieuniarunt & precati sunt, quō possent persistere in temptationibus tribulationibusq;. Ita responsum acceperunt isti, cui contradicere non potuerant. Nihil dixerat Dominus contra ipsorum ieunia diserte, docuerat autem ieunia pia lucius tēpore maxime frequentanda, quæ quidem quantum differant à ieunijs hypocritarum, uel hinc partet, quod illa non fuit, nisi ut mens sobria purius & deuotius queat orare. h̄ec uero inter precipua, & ut ita dicā, meritoria ponuntur opera. Discimus ex hoc loco, quāuis mens pharisaica magnificat sua omnia, cū dicit, nos ieunamus, et obsecrationes facimus, ita seruiētes Deo per abstinentiam, & preicationū frequentiam. Et dum putat se & seruire, et placere Deo, à Domino audit, quāuis latētius nihil

nihil hic magnificari, nisi charitas iungatur. Vnde apud Matth. ca. 9. ad Oseam mittit. Ite, inquietes, et discite, quid sit illud: Misericordiam uolo, & non sacrificium. Certum est enim Ieiunium nihil esse, nisi peragatur, quemadmodum Christus docet Matth. 6. ut uideamus scilicet, & probemus a Deo. Et ut Esa. describit ieiunium ca. 58. An non Monachismus Papisticus exprimitur hic clarissime? Tribuit enim tantum precibus & cationibus, et uigilijs suis, ac ieiunijs, ut putet, & prædicet mundum, in primis autem eos qui numerantur, esse feliores inde. Si recte uideret primum capit Esa: profecto alter sentirent. Cognosceret enim extra illa prorsus esse nihil sine fide, & charitate, nec solum nihil, sed & abominationem in conspectu Dei esse, adeo non uult Deus, aut potest cultu externo uenerari sine fide. Discimus item Christum esse spousum, Ecclesiam spousam, Discipulos filios thalami, ac paranympchos. Ex quo uidemus quam arcta sit coniunctio Christi et Ecclesiae, nam inseparabilis est. Quia obrem Paul. cum hortatur coniuges, qualiter inter se uictitare debeant, Christum et Ecclesiam, uelut exemplar proponit. Eph. 5. Videmus item, quae nam sit Ecclesia uera, & catholica, nepe quae in solu spousum oculos et aures, et se tota dirigit, atque eum solu amplectitur, solit, ueneratur. Videre debebat etiam hinc coniuges, quam sancte statum tam sanctum deberet colere. Melius ita totus se haberet Christus.

Et nemo assumentum panni rud. (nisi mus similitudine admodum clara docet Christus, quam rudibus)

rudibus in fide, non sint continuò imponenda omnia.
Fundamenta sunt solidè iacienda, tum superaedificandum
est, non prius. Id quod Dominus sic effert. Nemo tam in-
eptit, ut assumentum panni rudis assuat uestimento uete-
ri: dum enim hoc intendet, ut illud faceret melius, dilar-
ceraret magis, quia uestimentum uestitus pannum recentem
ferre nequit. Ita habuit res etiam cum discipulis. Ipsi uesti-
mentum illud uestus erant, doctrina uero de ieunio &
precationibus pannus rudis. Ut igitur inter uestimentum
& pannum haud coueniebat, sic neq; inter discipulos &
doctrinam illam. Oportebat ergo prius illos innouatos,
actum demū ferre poterant omnia. Similitudo de multo
& utribus ueteribus idem uult. Ex quo considerandum
eis, qui docent populum, quānam ratione docendum sit,
ne dum aedificare uolunt, destruant. Prudentem certè ne-
cessē est esse talem, ut in sequentibus patebit. Possunt hæ
similitudines & ad Io. discipulos deflecti. q.d. Dominus.
Rogatis, quid non ieunent discipuli mei? Ego uero dico.
Si deberem exactè respōdere uobis ex ratione doctrinae
Euāgelice, rudiiores estis, quām ut eam respōsionem fer-
re possetis: Deuoti estis operibus, atq; adeo iusticiæ legi
li, cum tamē Deus querat ante omnia iusticiam fidei, qua
habita, legalis illa consequitur ultro: quamvis longè alia
ratione, quam ubi uera non p̄cedit. Nam iusticiæ fidei
opera fructus sunt fidem testantes, nec aliter se ueditant.
Iusticia legalis per se, meritū querit, &c. Verum sensus
Christi

IN MARCI EVANG. EXPO. 46
Christi prior esse uidetur, quam diximus.

Et accidit, ut transiret

Sabbat.

Discipuli sabbatis uulserunt spicas, & comederunt
esurie compellente. Pharisei uidentes non putant licere,
quamobrem eos accusant apud Dominum. De Sabbati san-
ctificatione quam diligenter sit in lege praeceptum, ne-
mo nescire potest: unde patet rem fuisse obseruandam Iu-
deis. Igitur tam proni fuerunt Pharisei ad iudican-
dum discipulos Domini, ubi uel tantillum hic praeuari-
casse uisi sunt. Verum quid Christus ad haec? Respondeat
exemplo, & sententijs duabus. Exemplum est a Davide. Is
enim, dum esuriret, petiit panem sibi & suis. Et dum alij
panes non essent sacerdoti, quam propositionis, quibus
non licebat uesci, nisi solis sacerdotibus. Leuit. 24. Eos
protulit Achimelech, et ad edendū dedit Davidi, & suis.
tantum hoc adiecto, si forent a mulieribus mundi. Edit
ergo David contra legem, quod sacerdos dederat contra
legem. Interim tamen irreprehensibiliter, quia cogebat
necessitas. Quid igitur? Et discipuli ederunt, sabbatum
nequaquam uiolantes: Necessestas enim caret lege. Mar-
cus noster dicit, illud factum sub Abiathar Principe Sacer-
dotum, quod a scriptura, quae est. 1. Reg. 21. non discre-
pat. Fuit enim hic filius Achimelech, & in sacerdotio suc-
cessor, interim nimis unum cum patre sacerdotio fun-

D gens

gens. Nō alicnum igitur, si filium pro patre Mar. posuit.
Apud Matth. ca. 12. aliud exemplum additur de sacerdotibus Sabbatis operantibus, quod illic uideri poterit. Sententia prior. Sabbathum propter hominē factū est, non homo propter Sabbathum. Quod quidem patet Deut. 5. Debet igitur inseruire Sabbathū hominis necessitati. Quamobrem discipuli quid uiolarunt in Sabbatho, dum necessitas cogeret uellere spicas, & edere? Nihil profectò. Verum Iudei, qui uiolatū iudicarant? Quia ex cognitione uoluntatis diuinæ, & charitatis caruerant iudicio. Quod si ad hunc modū licet capere de Sabbatho ex sententia Domini, quid sentiendum de externis omnibus? Certè nihil nisi propter hominem esse facta & data. Quamobrem hisce utamur cum gratiarū actione, sicut iubet necessitas, & charitas. Illud non pretercundum, quām Deus hominem curet in paruis. Nam ne tantillum quidem patiatur incommodi, ma uult Sabbathum rem adeo sanctam illi subiectū. Hoc cogitemus, ut gratias simus. Sententia posterior. Itaq; Dominus est filius hominis etiā Sabbathi. Iam si Dominus, ergo habet in potestate sua et Sabbathum, et totam legem. Potest igitur suos à lege absoluere prout libitum est. Et absoluit etiam hodie omnes, qui per charitatis lamentem incedentes, ipsi adhaerent unicè. Nihil igitur peccarant discipuli. Peccarant grauiter Pharisæi prauè iudicantes. Notandum quod Christus dicit, filius hominis est Dominus Sabbathi, ad cognoscendam Christi magnitudinem.

IN MARCI EVANG. EXPO. 49
tudinem, qua de re paulò superius quoq; dictum est. Do-
cet item Dominus, se esse Christum, promissum in-
quam illum Dei.

C A P V T T E R T I U M

Et introiuit iterum in

Synagogam.

VIRACVLVM clare describitur. At cau-
sa miraculi uidetur esse, quod quamuis
præcedenti contentione Dominus os ob-
turasset Phariseis de Sabbato non ui-
lato discipulis, non tamen quiescebant animi pharisei-
ti. Ut clarius igitur de eadem re cum illis ageret, in alio
Sabbato, ut Luc. ait. ca. 6. iterum intravit in synagogam,
ubi homo erat prouidetia Dei, manum habes a refactam.
Pharisei autem obseruabant eum. Ecce inquietudinem,
ecce animos, quibus nondum erat satisfactum: odium enim
contra Dominum obcaecauerat eos, atq; adeo turbae-
rat. Quid obseruabant autem? An Sabbatis sanaturus esset
eum, quo accusarent illum. Videmus cæcitatem. Nam
qualis accusatio? sanauit in Sabbatis. Id quod Dominus
cognoscens diuinitate sua, euocauit illum in medium, et
quod isti uoluntabant mente (quamobrem Matthæus
etiam dicit Phariseos rogasse à Christo) interrogat. V-
trum licet Sabbatis benefacere, an malefacere? An in tantum

E 2 seruare

seruare an occidere? At illi tacebant. Quæstio enim tanta
erat acuta, ut utrūcunq; adfirmassent, uel negassent haud
quaquam abiissent illæsi. Quomodo enim permisissent,
malefaciendum, aut occidendum in Sabbathis? Cæterum si
concessissent benefaciendum esse, & animam seruādam,
inculpabilem reddidissent Christū, quod nolabant. Igitur
tacebant, quia respondere non poterant, cū essent tamen
à quibus scientia legis debebat exquiri. Hagg. 2. Christus
autem cum iracūdia, id est, zelo pro patris gloria, eos cir-
cumspiciens, dolore motus super cæcitatem cordis eorum,
dixit homini, Extende manum. Extendit, & restituta
est sanitati sicut altera. Ex his uidemus, quam sit letale
uenenum, odium conceptū aduersus pios. Obcēcat enim,
ut sanctissima quæq; habeantur pro peccatis, diuina pro
peccatis, etiam post quam intelliguntur qualia sint. Acce-
dit nescio quæ mala mali propositi pertinacia, ut uene-
num eiusmodi animos hominum capiat. Indicat manife-
stè item Christus diuinitatem suam, dum tam altè mentes
Phariseorum oculis diuinitatis penetrat. Docet & hu-
manitatem, dum irascitur, ac dolet. Miraculū uero, quod
sola uolūtate perficit (non enim legitur tetigisse, uel ali-
quid illeuisse) an non debuisset mouere totum cœtum ad
cognitionem inhabitantis in Christo Dei? Verum ut moti
sint osores isti, satis ostendunt, quæ sequuntur.

Egressi uero Pharisei statim.

Luc. inquit. Ipsi uero repletis sunt amictia. Ecce odium
quod

quò properet in tenebris suis. Quod magis cognoscitur, dum consideratur, quibus se iuxterint, Pharisæi nempe Herodianis inimicis suis. Inibat autem consilium unum, ut Christum perderet, eo quod beneficerat in Sabbatho, pro Patris iussu sabbatum sanctificarat. Eni ut iudicet, ut agat odium, tantum ut sibi satisfiat, non curans equum aut iniquum, fas aut nefas, bonum aut malum. Tum autem factum putat sibi, cum, qui odio habetur, uel ultione petitus est, uel sublatius è medio, sicut hinc patet. Exemplorum haec tempestas plenior est, quam ut opus sit quicquam adducere.

Iesus autem secessit ad mare.

Vatiniano illi odio cessit Dominus cum discipulis ad mare, nimirū ut in nauicula posset, ubi premebatur à tanta multitudine, agere quietius paulò, præcognito quantam uis hominum esset ad secutura. Sed quare uenit? Quia que fecisset audierat. Commodi proprij gratia inquam. Quæsierant Christum non propter Christum, sed propter se. Quamuis credendum sit interim, multos hac etiam occasione tandem uerè Christum inuenisse, maxime eos, qui acceperant beneficia. Nauicula autem deseruit Domino, ne premeretur à turba, dum multos enim sanasset, ita inruebant, ut eos ferre non posset: nullus etenim adflitorum non contendebat, ut ipsum tangeret. De-

moniaci præterea non sanabantur solum, sed ante quoqu procidebant ei clamantes. Tu es Filius Dei. Christus testi monium ab homine non accipiens. Io. 5. multo minus id patiebatur à spiritibus immundis, quamobrem ijs inter minabatur, ne se manifestum facerent. Mendax est dia bolus, & pater cuius rei. Io. 8. non conuenit igitur ei ueritas. præscriptim ea, qui Christus est. Matth. hoc ad omnes ait dictum, ne uidelicet se facerent manifestum, sanatos. Atque; mox exponit, cur tam prohibuerit, addens. Ut completeretur, quod dictum erat per Esa. prophetam, dicetem: Ecce filius meus, quem elegi, & c. mansuetudinem inge tem Christi comprobans, ut qui manifestari tum noluerit, ne magis odiū ac inuidiam prouocaret Pharisaeorum. Ab exemplo igitur Domini planè discenda nobis Man suetudo, quæ uirtus ire contraria est. Vix enim est, quod hominem Christianum magis cohonestet, id quod non dif culter intelligitur, dum quale sit uitium iracundia, & quām dedebeat pium, recte cōsideratur. Videmus etiam, quale nam sit ingenium humanum ad res nouas, & sibi utiles. Adcurrit, nec est quod impedire queat. Ah si que sunt salutaria peteremus, & inquireremus tanto studio, quām ageretur nobiscū egregiè, ac feliciter. Quærimus innumeri nostra tempestate Christum, non certè ut salutarem, sed ut conducibilem ad honores, ad possessiones, & siquid est huius generis. Verum timendum, ne finis nos maneat non bonus. Interea uidemus tamen & Dei bonitatem

bonitatem erga nos, ut qui beneficentiam suam tam di-
uina in nos effundit, ut non possumus non adcurrere. No-
strum erit igitur benignitate illa sic duci, ut per eam &
ad salutaria pertingamus.

Et adscendit in montem,
ac, &c.

Dum eligere uult, qui post abitum suum sibi succe-
dant, in montem adscendit, sicut in more habuit, quoties
aliquid grande parans, cum Patre precibus colloqui uo-
luit. Munus est grande, munus Apostolicum, quare pre-
ces in monte fundit ad Patrem, ut det, per quos nomen
eius dignè per mundum spargatur. Id quod patet ex ca-
pite. Luc. 6. Vbi Dominus per noctasse dicitur in depre-
catione Dei, ac die facto elegisse duodecim. Magnitudo
muneris patet ex uerbis Marci, quibus dicit. Ut essent se-
cum, & ut emitteret eos ad praedicandum, ut que habe-
rent potestatem sanandi morbos, ejiciendi que dæmo-
nia. An esse Regem aut Principem tantum esse potest,
quatum est, quod hic commemoratur? Elegit autem duo-
decim hac uidelicet ratione, ut docerent, atque congre-
garent è toto mundo uerum Israëlcum, id est, totum electo-
rum populum, qui olim per duodecim tribus Israëlis ue-
luti typo designatus est. Fundamentum sunt enim totius
Ecclesiasticae structuræ una cum Prophetis, summo

D 4 angulari

angulari lapide ipso Iesu Christo, Docuerunt, ex ordinis
runt ex Spiritu Christi singulariter ipsis collato, quæ re-
cepta conferunt indubie uitam beatam in sempiternum.
Quamobrem & Iudices erunt, hoc est, Principes duode-
cim tribuum Israëlis, uel Domino testante. Matth. 19. Di-
scipulos nominatim uocat, ut noti essent ucri Apostoli,
nam & Pseudoapostoli multi introierunt in populum,
seductores pessimi, & falsarij sanæ doctrine Christi. Iu-
das uero inter duodecim nos admonet, quam nihil sit in-
ter homines integrum, & ut impleretur scriptura, quæ
olim prædixerat, futurum inter edentes panem Domini,
qui super eum magnificatus esset supplancementum.
Insuper & Simoni nomen mutat, Petrum adpellans. Et
duobus filijs Zebedæi simul indit cognomentū Boœveg-
yes, quod est, filij tonitrii. ut ex adpellationibus indica-
ret, quales nam futuri essent in negocio suo promouendo.
Qualis Petrus fuerit, cui à constantia fidei nomen est in-
ditum, non est ut multis dicamus, per se id est enim satis
cognitum. Itidem potest dici de Ioanne Euagelistâ. Quis
enim ignorat uim & impetum tonantis per totum Euag-
elium suum? & uehementiam ad urgendam charitatem
fraternam in epistola, quam reliquit? Probat autem præ-
dicandi Christum uim & constantiam Iacobus morte
sua (de qua Act. 12.) quam intulit Herodes antequam ul-
lum ex Apostolis tangeret, nimirum quod docendo reli-
quis tum esset uehementior, tum instaret magis. Quod
igitur

IN MARCI EVANG. EXPO. 90

Igitur Dominus nouit, quales illi futuri, præter cæteros etiam ad miracula mysteriaq; admisit haud vulgaria, si-
c ut patet infra. capite s. 9. C. 14.

Et ueniunt in domum.

Videntur discipuli intrasse domum, ni malis legere
eis diximus ad domum. Christum autem à turba foris de-
tentum, & sic non licuisse panem illis edere. Audierunt
ergo ci nō dicitur, id est cognati, proprietate Græca-
nica, et exierūt. Igitur nō aī aītōp ut cōpræhenderent
eum. ὅτι δέ εστε τοι, quoniam non esset apud se, deductus
à mente, ex nimia uidelicet adcurrentiū molestia, sic hæ-
rebant, instabat nolentes ab eo discedere. Dominus autem
similiter nolbat indignanter eos repellere, aut se auelle-
re ab eis uiolenter. Quare cognati sua libertate & re, &
uerbis uientes compræhenderunt eum introducturi, di-
centesq; mente captus est, nescit desinere à docendo, tur-
bam nescit à se remouere. Ita uidetur dixisse cognati non
calumniandi ratione, sed cōmiseratione, quod nimio stu-
dio, & labore se uexaret. Alij aliter. Videmus in audien-
do uerbo salutis diligētiā populi, ut intelligamus, quod
alibi dicitur. Regnum Dei uim pati, & uiolentes illud ra-
pere. Vtinā par diligentia & nos hac rapiat tempestate,
ut ueluti simus Christo. Cogimur enim dicere, ni-
mium tepidos esse, cum tamē a uerbo laudem queramus
& salutem pleriq;. Concurrimus satis feruenter, sed non

D 5 auscultamus

CAP. III. OSVALDI MYCONII

auscultamus pari feroce, id quod adparet facile, dum opera contemplamur. Verbum sanctificat. Io. 17. operibus autem nostris nihil magis prophanum. Ex quo constat, nondū nos à uerbo sanctificatos recte. Orandum igitur magna deuotione pro gratia maiori, ne uerbi tam indiligēs auditio magis olim officiat, quam profit. Videmus item Christi studium in docendo populo, unde cognoscimus, quām uerè Deus dicat. Nolo morte peccatoris, reuertimini et uiuite. Ezech. 18. Hic enim laborauit Dominus supra quam uideretur tolerare posse. Sit ardoris in promouenda salute hominū prædicatoribus exemplū Christus.

Et scribæ qui ab Hieros. descend.

Math. 12. & Luc. 11. scribunt mox ante coniunctionem hoc phariseorū miraculum de dæmonio et cæco, & muto, quare ratione data est occasio. Scribis tam grauter peccandi, ut dicerent uidelicet. Beelzebul habet, & per principem dæmoniorum ejicit dæmonia. Quām enim sit graue, cum, qui habet in se Deum inhabitatem corporaliter, dicere quod habeat Beelzebul, quis fidelium nescire potest? Sed de hac grauitate postea. Quod subiiciunt autem, per principē dæmo: & c. stultum, iniquum, ac blasphemum est in spiritum sanctū. Nā quis unquam tale quidpiam audiuit in mūdo, dæmoniūpellere dæmoniū, nisi ficto quodam modo? Sicut in papismo, dū loco dæmonij subintrat multò grauior superstitione, ut per quā malus ille mentem occupat,

IN MARCI EVANG. EXPO. 51

occupat, cum autem corpus tantum uexasset furore & insaniam. Quamobrem iniquitas est extrema dicere, quod pugnat etiam cum ratione. De blasphemia iam audiemus.

Et aduocatis eis, in parabolis, &c.

Peccatum non impedit, quin Christus mansuetissimis uerbis conetur Scribas docere ueritatem, & cvidentissime concinere, in usum cum illorum, tum eorum qui praesentes haec audierat. quod aberrat. Quo modo inquit, Satanus potest ei credere Satanam, id est, Satanam semetipsum: ut mox Christus ipse exponet. Deinde si regnum aduersus se diuisum est, non potest stare regnum illud, qua re nihil est magis cognitum uel experientia. Discordia namque res est tam pestilens, ut nihil sit tam robustum ac firmum: quod et non disrumpat. Igitur ut regnum contra se diuisum stare non potest, ita nec domus si fuerit diuisa. Nec sanguis, nec uinculum coniugij sic ligare potest, quin omnia dissipiant, dum interuenient discordia. Quamobrem neque Satanus poterit stare, si insurrexerit aduersus semetipsum, quod tamen fieri necesse esset, si ego per principem demoniorum eis erem demona, cum interim constet tamen, quam sit stabile regnum eius. Hactenus fortiter expugnauit impium Pharisaeorum conuicium. Nunc docebit, quod Satanam ipse proprio robore, atque fortitudine supereret, tali parabola. Non potest quisquam uasa fortis diripere. &c. Quod dicit

CAP.II. OSVALDI MYCONII

dicit nemini non palam est. Inuit autem quod diximus, se fortem esse super fortitudinem Satanae, qui hactenus tamen regnauerat in mundo, et spolia multa absulerat, et custodierat multò diligentissimè. Verum ipso aduentente, et contra pugnante, mox uires, et dominium fracta sunt. Vnde Satanus uictus et ligatus iacet: spolia autem eius, homines uidelicet, in primis Gentes, distribuuntur. pro nutu uictoris, redduntur enim Patri deteti hactenus et uincti peccatis ex tyrannide mali. quemadmodum Paul. clare docet ubiq; in primis tamen Eph. 2. Et uos cum essetis mortui delictis ac peccatis, et c. Et Col. 1. Qui eripuit nos à potestate tenebrarum, ac transstulit in regnum filij sibi dilecti. Malum discordiae quamuis à doctis scriptoribus frè omnibus exponatur, non est tamen, unde tam breuiter et tam clare istud ipsum perdiscre queamus, ut hinc ex ore Domini. Quamobrem sepe uidetur huic esse recurrentum, et diligenter considerandum quod dicitur, siquidem moueamur ad ipsum effugandū ex nobis, ex familijs, ex urbibus, ex regnis, in primis autem ex Ecclesia: illud enim nisi fiat, non potest morari diutius, quod minatur, immo definit hic Dominus.

Amen dico uobis, Omnia remit.

Diligenter est, quod Dominus dicit, cordibus infigidum, uidelicet, omnia peccata, et conuicia remitti filiis hominum. Conuicium contra in Spiritum s. non habere remissionem

remissionem in æternum. Prius solatium adfert uel igno-
rante, uel per imbecillitatem carnis peccatis ueritate
ac timore Domini non reieclis interim. Posterius admo-
net, quām sit miserum, & damnabile ueritati Spiritus co-
gnitio per infidelitatem uel uerbo, uel opere resistere, &
sic de gratia Dei desperare. De peccato in genere, quod
est uicum, seu factum pugnans cum lege Dei, non est, ut
hic multis dicamus. Tantum illud teneamus, peccatum
qualcquale sit credētibus remitti. Io. 3. Ut omnis qui cre-
dit in eum non pereat, sed habeat uitam æternam. Habet
fides secum poenitentiam, et confessionem, quæ fit coram
Deo, cui soli peccatur. De conuicijs autem ita loquitur, In
quemcunq; conuiciati fuerint, sic exprimēs, quod alij clari-
rius his uerbis dicunt. Et quicūq; dixerit uerbum aduer-
sus filium hominis, remittetur illi. Ut intelligamus Domi-
num loqui de conuicijs, quibus uocabatur ipse comedo, et
uini potor, & filius Ioseph, & conuictor publicanorum,
&c. Nā haec omnia sunt remissibilia, siū enim plerunq;
per ignorantiam. Sed iacere conuicium in spiritum. pla-
nè non remittetur in æternum. Graue peccatiū certè, quod
remissionem non habet, quare non mirum, quod tam dili-
genter à ueteribus inquisitiū, quod nam illud ipsum, cum
certum sit, Christum tulisse peccatum mundi, & eundem
esse propiciatorem nostrum apud Patrem, etiam si & nunc
peccemus. 1. Io. 2. Multi multa igitur disputatione, uno ta-
men uerbo potest dici, quod uidelicet illud sit, nempe In-
credulitatem,

credulitatem, nam qui non credit filio, non uidebit uitium
sed ira Dei manet super eum. Io. 3. Et iterum. 8. Si non cre-
dideritis quod ego sum, moriemini in peccatis uestris. Se-
quitur autem incredulitatem istam impenitentia, & de-
speratio. Quamobrem non abs re D. Augusti. peccatum
istud nunc finalem impenitentiam in hostibus Euāgelij
contemptoribus iūc uocat, nūc desperationē, eō quod h. ec.
peccata rectā pugnant cum gratia, Qui enim persequit
ur ex contempnu uerbum, quod auditum ueritatem co-
guntur fateri apud se, an nō tales iam perceptam gratiam
Dei cōspuentis in Spiritum. peccant, à quo ueritatis uer-
bum esse tale intellexerant? Qualiter fecerunt Scribe
hoc loco, dum uim Spiritus. clare uidentes uerbis perse-
qui maluerint, quam quod uidebant agnoscere. Nisi ergo
deinceps ad se redeuntes confessi sunt, quod nunc contem-
pserunt, mortui sunt in peccatis suis. Tum qui in Ecclesia
remitti peccata non credens, contemnit tantā diuini mu-
neris largitatē, & in hac obstinatione mentis diem clau-
dit extremū, reus est inquit Aug. in Enchiridio, illo irre-
missili peccato in Spiritum sanctum, in quo Christus pec-
cata dimittit. Tales enim dicunt cum Caino: Maior est ini-
quitas mea, quam ut ueniam merear. Et cum Iuda se mi-
serrima desperatione strangulant. Hęc omnia sic sunt ac-
cipienda, si isti propter incredulitatem in impenitentia
ac desperatione perdurarint in finem usque. Adeo uerum
est. Peccata remitti credentibus omnia. Quamobrem si
ex incredulis

Ex incredulis illi facti fuerint credentes, uerum erit, quod adstruimus. Quamuis admodum difficile sit ita redire. Quia de re Hebr. 7. & 10. Cuius rei Saul & Iudam exempla esse puto charissima. Costat igitur peccatum illud non esse, nisi incredulorum, qui gratiam Dei per uerbum promissam, & in Christo prestitam nihil inducētes in peccatis suis manent ad poenitentiae remedium nunquam intendētes, atq; ita per desperationem ad interitum perpetuum emigrātes. Vnde Dominus admodum aperte docet, dum conuicium hoc adserit non habere remissionem aeternum, sed obnoxium esse aeterno iudicio, quia dixerant: Spiritū immundū habet, ex infidelitate uerbū istud prodijisse. Nam si uerbis, aut factis credidissent, quomodo potuissent malo dæmoni tribuere, quod erat uirtutis Spiritus sancti? Curandum erit nobis igitur ualde diligenter, ut uerbis, & factis Spiritus manifestis honorem exhibeamus debitum, id est, eis fidamus ex corde, & preceremus, ut hæc fiducia subinde crescat in nobis, quo fortes effecti noctes & dies uerbum meditantes neq; impoenitentie luc, neq; desperationis perditione tetari ualeamus.

Et uenient mater eius, &
fratres,

Christus dum agit negociū Patris uide, ut agat erga matrem, & fratres, id est, cognatos suos: His enim ipsum euocantibus per quendam, turbam docet, qui ucre sint cognati

cognati sui, illis uero nihil respondet. Audito enim nomine matris et fratribus ex turba, dicit. Quae est mater mea et fratres mei? q.d. Negocium a Patre iunctum alios querit cognatos. quam quos uos putatis, nempe spirituales, qui mihi Spiritu Patris coniuncti sunt, non autem carnales, quales foris me nunc querunt. Et cum circumspexisset in circuitu circum se discipulos sedentes, ait, protensa manu quoque in eos, ut Matth. indicat. Ecce mater mea, et c. Qui fecerit enim uoluntatem Dei, hic frater meus est, et soror mea, et mater. Hinc ego metior cognitionem meam, non autem a carne. Quamuis non negem et illos cognatos meos, neque contemno, quod haec dico, sed ostendo, utros maioris ducam, nam tanto sunt illi praezellentes, quanto Spiritus prezellit carnem. Ab exemplo Christi discimus, qui nam in negocio Dei cognati, spirituales an carnales sint prehabendi uerbi doctoribus. Non est enim affectus ullus, qui mouere debeat illos, ut relicta doctrina Dei morem sibi gerant. Maius est enim opus lucifacere Deo per doctrinam animas, quam obtemperare uel matri, uel fratribus. Et maior est Deus, cui illic inservitur, quam sint parentes et cognati. Omnia igitur relinquentia suo tempore, ut negocio diuinatus imposito satisfiat. Facere praeterea uoluntatem Patris nihil aliud est, quam audire sermonem Christi, cumque facere. Alibi namque beatos eos uocat Dominus, qui audiunt uerbum Dei, et custodiunt illud. Luc. ii. Alibi dicit. Si uos manseritis in sermone

sermone meo, uerè discipuli mei estis, & cognoscetis ueritatem, & ueritas liberos reddet uos. Io. 8. Tantum est facere uoluntatem Patris ex auditio uerbo, quod eam uoluntatem in se complectitur.

CAPVT QVARTVM

*Et iterum cœpit docere iuxta
mare, &c.*

DOMINVS multitudinem uerbum sequentem contuens nauim intrat, nimirum quò & ipse quietius docere, & turba facilius audire posset: docturus enim erat ualde mirabiliter & utiliter per parolas de semine uerbi, quamobrem & auditores excitat, dum initio mox dicit. Audite. Et ad finē adiicit. Qui habet aures ad audiēdum, audiat. Parabola prima satis est per se clara, tātum illud conſyderemus, semen idē fuīſſe, quæcūq; tandem exciperet terra. At pro terra p̄parata bene seu melius fructū reddit pauciorē, aut ampliorem. Nemo est autē, qui nō intel ligat rē p̄uenitus ita habere, quemadmodū Christus proponit. Sumūtur enim similitudines à rebus cognitissimis

Cum autem cœpisset esse solus, &c.

Discipulorum interrogatio ferē docet, quare nam per parolas turbæ loquatur Dominus. Rogant enim hi, ceteri non rogant. neq; etiam intelligunt. Vnde duo genera uidemus (quod huc adtinet) hominū parabolæ

Eaudientium

audientium. Quorum hi quidem dum nō intelligunt, admiratione mouentur, & rogāt, quid sit, quod dictum est: atq; eo cognito pulchre conducit & intellectui, & memoriae similitudo. Quod si prius intellectuerunt, cunctem accipiunt fructum, eius uidelicet quod significatum est, retinendi. Alij uero non intelligunt, & non interrogant, utpote quos nulla cura tangit cognoscendi diuina, que latent sub similitudine. Talibus non prodest audire parabolas Christi, nā dum neq; intelligunt eas, neq; rogan quid continant, signum est negligentiae atq; contemptus, & tantum audierūt. Interrogant autem discipuli, et oī ποδεῖ οὐρανοῦ, id est, amici eius, dum esset solus, hoc est, à turba liber (nam alioquin nō erat solus) de parabola, quae nā esset. Luc. 8. Iesus respōdit. Vobis datū est nosse mysteria regni Dei, illis autem qui foris sunt, per parabolas omnia fiunt. Discipulis & electis omnibus concessum est à Deo, ut intelligant mysteria Dei, ut hic uidelicet, qualiter agat uerbum prædicatum in cordib; hominū siue bonorum, sine malorū: nam in bonis fructificat, in malis autem nullum edit fructum, etiamdum auditur cum uoluptate, quia fructum remorantiū multe & graues sunt tempestates, quas paulo post audiēmus. Namobrem dicit, illis autem qui foris sunt, per parabolas omnia fiunt, ut uidentes uideant & non cernant, & audientes audiant & non intelligant, ne quando conuertantur, & remittantur eis peccata. Viderunt & audierunt, quia uero obscurum erat

IN MARCI EVANG. EXPO. 33

erat hoc ipsum, non inquisierunt, quid esset, tam nihil de coelestibus rebus cogitarant, quo circa & illud consecutum, ut conuersi non sint, & non remissa sint eis peccata. Ex quo constat & uidere, & audire talibus ad condemnationem fecisse potius, quam ad bonum aliquid, mensa hæc facta est cis in laqueū. Videtur autem illud, omnia, non solum ad parolas respicere, sed ad uerba etiam clarissima, nam & hæc ipsa sunt reprobis ueluti parabole, id est, obscura, que ab eis nec intelliguntur, nec considerantur. Vnde Christus apud Io. dicit ca. 16. quod quædam locutus sit etiam discipulis per prouerbia, cum nullum tamen eis prouerbium dixisset, sed sermones apertissimos. Verū ipsis habebat aliquid obscuritatis, quā obrem prouerbia Dominus adpellarat. Et hac ratione facta Christi quoque fuerunt incredulis, & sunt abscondita, & uelut uelanen habentia, quod uisu penetrare nequeunt. Exemplum sit Iudas, qui in præsentia uel auditu parabolæ sensis mystico, nihil inde profecit.

Et ait illis, nescitis parabolam hanc.

Pudorem incutit his uerbis Christus, ut diligētie admoneat in posterum. Incipit ergo parabolam exponere. Seminator ille seminat sermonem. Ergo. Semen est, ut Lucas ait, uerbum Dei, terra autem, que iuxta uiam semen excipit, homines sunt, qui cum uerbū audierūt, uenit Satanus confestim, & auferit sermonem, qui seminatus erat in

cordibus eorum. Tales sunt, qui sine animaduersione, ac intelligentia sonum uerbit antū audiunt, & ubi sonus desist, nihil remanet pœnitus, Satanæ enim rapuit illud, ut uolucres semen terræ dure inspersum. A studijs suis & hi callum, & duriciem traxerunt, quare uerbum insidere non ualens nō difficulter eripitur. Alij semē excipiunt in petricosa. Audito nanque uerbo ueritatem agnoscunt, atq; ideo gaudent, herbam ostendunt spem fructus Euangeli, uerum radix petram adtingens, quia caret succo, non potest altius defigi. Mox igitur solis ubi seruor exortus herbam tangit, exurit. Ita radix uerbi concepti lapidem cordis sine succo Spirituss. cōactu præhendens non altius descendit, quo circa æstu ad afflictionis, seu persecutionis propter uerbum exorto, quicquid succreuerat herbulæ bonæ spei, continuò deperit, quare à Domino temporarij uocantur: nō enim durant, nisi ad tempus. Exempla talium & hodie, et olim fuerunt notissima. Omnibus ferè illud in animo sedet Euangelium tenere à Papismo liberos sine perturbatione, quod fieri tamen uel ideo non potest, quod mundo nihil esse ualet commune cum uerbo Euangeli, qui cum malus sit totus, & ducem habcat τὸν πτυχόν, à persecundo non potest abstinere. Ter tij semen excipiunt in spinas. Hi uerbum accipiunt, uerum cor habent spinis sollicitudinum huius seculi, & deceptionis diuinarum refertum, quo circa quicquid uerbi comprehendens est, protinus suffocatur, neq; ullus fructus subsequitur.

subsequitur. Quid cibus, potus, liberi, uoluptates, honores, & tota uita hominis sollicitudinum absumat, quisque
 facilius adsequi cogitando poterit, quam aliquis scribere.
 Tum quam diuitiae remorenur ab introitu regni celorum, an non Christus satis explicat. Matt. 19. Et Paul. I.
 Timo. 6. Non est autem prætereundum, quod Dominus
 dicit ἡ πτώση τοῦ πλόκου deceptio diuitiarum, nihil
 est enim illecebris diuitiarum fallaciis, & nihil interim
 tamen illecebrosius. Pollicentur multa, prestant pauca,
 & plerique contraria. Promittunt, ut uno uerbo dicam
 omnia, montes aureos felicitatem inquam summam, &
 prestant extremam infelicitatem. Vnde clamat Dominus.
 Vae uobis diuitibus, qui habetis consolationem uestram.
 Luc. 6. Idem docet Dives Euangelicus Luc. 16. et iterum
 aliis Luc. 12. Itē Christus apud Matth. 16. Quid prodest
 homini, si totum mundum, &c? Quarti nunc sunt, qui se
 men excipiunt in terram bonam, hi uerbum audiunt cor-
 de fide purgato, quare suscipiunt etiam, & fructum red-
 dunt. Oportet igitur accedere ad audiēdum uerbum Dei
 cum corde præparato per Spiritum sanctum, ne duricies
 semen non admittat, ut de cruce ferenda propter Deum
 ante sis confirmatus, ut sollicitudo rerum huius seculi, &
 diuitiarum adpetentia sint eradicata. Tum consequetur
 fructus, nam granum aliud afferet triginta, aliud sexagim
 ta, aliud centum, prout Spiritus. corda fidelium sic, uel
 sic exarauerit, nouit enim qualiter cordis ager uniuscu-

CAP.III. OSVALDI MYCONII

iusq; sit fodiendus aratro fidei. Patet ex parabola præse-
te, quam multi uerbum audiant, & quam pauci recte au-
diant, dum recensentur quatuor audientium genera, &
ex his unum tantum, qui audiunt cum fructu. Et ubi ma-
nent, dixerit quis, qui prorsus nihil audiunt, quorum nu-
merus infinitus est? Videre licet, cur dixerit Matth. 7.
portam angustam esse, quæ dicit ad uitam, & paucos,
quæcum inueniant. Quamuis interim & illud possibile
sit, eos qui nunc minus recte uerbum audiunt, per gratiam
spiritus alijs recte ualeant audire. Quare legentes, uel
audientes Euangelicam parabolam non oportet animum
continuo despodere. Patet quoq; Satane studiu in impe-
diendo nos, ne uerbum recipiamus, adeo generi humano
hostiliter infestus est. Ex quo facile cognoscimus, quan-
tam deuotione sit orandum nobis. Et ne nos inducas
in tentationem, sed libera nos à malo. Patet et uirtus uer-
bi Dei uiuifici, quæ est sic corda parare fidelium, ut fru-
ctifcent Deo. Vnde nobis magno studio incumbendum
est auditioni uerbi etiam externi, quod imago & simu-
lachru illius est, ut ipsum auribus recte percipientes, uiu-
ficium mente salubriter accipiamus per obedientiam fidei.

Et dicebat illis, num lucer-
na in: &c.

Hec ad superiora pertinere, uerbum indicat, quo
monet

monet Dominus. Videte quid audiatis. Est igitur sententia. Num lucerna incenditur, ut subter modium ponatur, &c: Ita nec uerbum prædicatur, nisi ut fidem accendat, & fides per opera charitatis luceat. Quamobrem nemo se decipiatur, satis esse putans, uerbum audisse, charitatis opera sequentur nec ne. Nam nisi sequantur, certum est fidem non esse, atq; ideo uerbum non recte auditum. Tum uero nec salutē consequuturā. Summa est igitur. Verbum audiri, ut fidem in nobis generet. Ro. 10. Fidem operari per dilectionem debere, alioqui fidem non esse, ueram uidelicet. Causam subiungit Dominus persententiam communem, atq; prouerbialem. Non est enim quicquam occultum, quod non manifestetur: neque fuit secretum, sed in propatulum ueniat. Quid si in rebus alijs ita habet, quanto magis in uerbo Dei? Non debet, immo non potest occultum teneri in corde, modo insit: uiuare est, quamobrem & motum habet, quo se exerit in propatulum. Si quis igitur habet aures audiendi, audiat. Habent quidem omnes aures, uerum non aures audiendi. Quamobrem hortatur eos, qui habent, ut animaduertant, & uerbum sic recipiant, quō fiat manifestum coram Deo, & hominibus uiuum recipiū esse uerbum. Nam hoc ipsum tandem proderit ad sanctificandū nomē Dei, & salutē hominum.

Et dicebat illis. Videte quid au:

Sunt qui putant cum interrogatione uerba haec esse

E + proferenda,

CAP. IIII. OSVALDI MY CONII

prostreda, sic. *Bλεπετε uidetis, id est, intelligitis quid audiatis? V*ehementius euim esse arbitrantur, quamvis alteram lectionem non reijciant, qua diligentia uidetur in audiendo committi rursus. Interrogatio habet acrimoniam adseuerantem quod dictum est. q. d. Christus. Videatis certe, & ideo cauete ne aliter audiatis, quam cum obedientia, ut fructū reddatis inquam per charitatem. Certo certius est enim, quam mensura metimini, alij metietur uobis, id est qualiter agitis erga proximum, ita Pater coelestis aget uobiscum. Si igitur ex uerbo percepto per fidem fructificaueritis, & uos fructum à Patre recipiatis exuberantem: adjicetur enim uobis, qui auditis. Qui enim habet dabitur illi. Si recte egeritis erga proximum, dabitur gratia, ut magis id queatis, & in seculo futuro thesaurum perpetuò duraturum inuenietis. Qui non habet, etiam quod habet auferetur ab eo. Siquis non egerit opere, quod doctus est uerbo, etiam quod uidetur habere, nempe ueritatis cognitionem, & opinionem iusticie, auferetur ab eo. Ex quibus constat, quod postquam Deus benignissimus ille bonitatis sue multitudinem in uos effudit, & nos ea ipsa probè fuerimus usi, augabitur bonitas erga nos, utpote gnauos & gratos, & ob id dilectos à Deo. Contra fit cum eis, qui, aliquid cum datum fuerat, uel abutuntur, uel non utuntur, faciunt enim contra uoluntatem Dei, qui nō frustra sua dona largitur, sed ut frifificant per dilectionem ad gloriam ipsius.

Et dī

Et dicebat. Sic est regnum Dei.

Mar. hanc similitudinem solus scribit. Cuius quidem sententia haec est. Verbum Euangeliū prædicatum, & à mente bona acceptum se habere, qualiter se habet semen iactum in agrum. Nam ut hoc, seminatore dormiente, et surgente, nullamq; curam seu laborem interea de ipso gerrente, surgat, & fructificet, primum herbam, deinde spicam, & tandem frumentum plenum in spica, quo usque mox missurus sit ille falcem, quoniam messis aduenierit. Ita uerbū conceptū, in mente latens, sensim, & clam agit in homine ipsum habente, uirtute Spiritus usque ad plenum fructum. Qui posteaquam est uisus, protinus colligitur à seminatore Deo, & reseruatur in suam gloriant, & hominis illius salutem. Ex quo possumus uidere, cuius nam sit, dum fructus bonos edimus, & cur de meritis nostris non sit tenendum à nobis quicquam, & dum merces uel præmium offertur alicubi in literis diuinis, intel ligendam Dei beneficētiā, qui sua ipsius per nos opera, tanquam nostra sint, remuneratus est. Potest parabola de uerbo per mundum seminato intelligi quoq; tanquam Christus illud uelit prædicere. Euangeliū prædicatum fructificaturum paulatim hominibus nesciētibus, imō ne suspicantibus quidem. Irrepere nanc; secundum Dei uoluntatem & ordinationem, etiam contra impiorum uel uoluntatem, uel opinionem, Videmus hodie pror

E s sus ita

sus ita factum. *Quis enim ante aliquot annos credidisset narrati mutationem in Ecclesia, quam oculis cernimus? Age ut Deo, sic uerbo Dei nihil impossibile.*

Et dicebat, Cui ad similabimus.

Ethac similitudine docet Christus uirtutem Euange-
lij: nam hoc ipsum tametsi paruum est, atq; adeo contem-
ptibile primo intuitu, receptum tamen quietem dabit con-
scientijs. An uero non est coram rationis oculis paruum,
legere, uel audire, Fides Christi iustificat sine operibus le-
gis (Gal. 2.) cum omnis intellectus humanus ex operibus
iusticiam tribuat? Sed quam longe lateq; ramos illud Ver-
bum, postquam uires suas exercet, diffundat, quamq; fa-
ciat ad nesciandum accommodos, quis piorum non sen-
tit hodie? Iustificati namq; per fidem pacem habemus erga
Deum per Dominum nostrum Iesum Christum. Ro. 5.
Audiamus igitur, quos grauant peccata, & qui cupiunt le-
uari, uerbum Domini, & fide recipiamus, opereq; sequa-
mur, quod iubet, si quietas erga Deum uolumus habere co-
sciencias. Hinc hinc etenim hauritur, quod omnem estum
perturbatarum conscientiarum extinguit, non aliunde,
quicquid totus Papismus in contrarium clamet super nos
ritis operum suorum. Vide Matth. 11. in fine.

*Et talibus multis para-
bolis. &c.*

Tria dicit Marcus. Nēpe multis parabolis Christum
loquuntur

loquitum turbis. Dein solis parabolis. Et tandem, seorsim omnia exposuisse discipulis. In primo demonstrat se non omnes parabolas Domini scripsisse. Quibus usus est Christus, ut impleretur (sicut Matthæus testatur) illud Prophetæ Ps. 77. Aperiā in parabolis os meum, eructabo abscondita à constitutione mundi. Sic enim conueniebat loqui cum populo, quia uidentes non uidebant, & audientes non audiebant, nec intelligebant, non quidem omnes, sed reprobi, diuinarum rerum negligentes, ut audirent, et nō audirent, audirent quidem parabolas, non audirent parabolarum sensum, ut essent inexcusabiles coram Deo de neglecto Christo, tanquam qui non missus foret, quemadmodum fuerat promissus, aut coram loquutus eis, aut non egisset omnia, quæ scriptura de ipso prædixerat. Quamuis non hisoli parabolas audierint, sed etiam discipuli cum alijs bonis & pijs, at longè alia ratione. Nam quod erat obscurum eos mouerat, quod pia & diuina norant latere, ad inquirendum quidam in se contineret, & ideo uoti sunt facti compotes. Intellexerunt enim mysteria, & per similitudines notas memoria diligentius commendarunt. Solis autem parabolis in secundo loquitum eis dicit Euāgelista, quod intelligendum pro hoc tempore: nam aliâs sepe Dominus cum turbis est colloquutus nudis uerbis. Quod loco postremo dixit, uidelicet seorsim Dominum exposuisse discipulis parabolas, sic actum est, ut modo diximus.

Et ait

CAP. IIII. OSVALDI MYCONII

Era it illis in die illo, cum facta, &c.

Plus satis iam Christus docendo fatigatus turba dimis-
sare recipitur a discipulis in nauim, quam prius ut ingre-
drentur ipsi praeceperat, et transirent in ripam ulterio-
rem. Dormiente autem Domino super cervical magna
uenti procella oritur, fluctus irruunt, ut nauis impleretur.
Discipuli formidantes Dominum excitant, atq; hisce uer-
bis alloquuntur. Præceptor non est tibi curæ quod per-
imus? Verum quid Dominus? Excitatus increpauit uen-
tum, et dixit mari. Tace, obmutescere. Et quieuit uentus.
Et facta est tranquillitas magna. Videntur ut suos exer-
ceat Dominus ad fidei firmitudinem adipiscendam, ut poe-
qua omnes tribulationes, perturbationes omnes, omnes
tentationes superantur. Tempestate adcosuam immittit,
ut discipuli iam de uita desperaret. Id quod uoces ille
satis indicant. Præceptor non est tibi curæ quod perimus.
Aut, ut Luc. inquit ca. 8. Præceptor, præceptor, perimus.
Dormit ipse interim tanquam nullam periclitantium ha-
beat curam, nimirum ut sic ab omni præsidio destituti car-
nis confugere discant ad unum Deum, fide quamvis pusil-
la. Nam et si admodum erant deiecli, Spiritus tamen, et
portiuncula, ut ita dicam, quam etiamnum habebat fidei,
impulerat, ut Dominum excitarent, et pro auxilio inuo-
caret. Dominus autem antequam quicquam uel diceret,
uel faceret, uotis occurrit discipulorum, ac satis facit diui-

nam

nam uirtutem exerens magnificè. Ad uictum enim loquitur, & ad mare tanquam rationis uim habeant, & protinus obediunt. Mirabilis Christi potètia. Mox deinde conuersus ad discipulos terrore iam liberos, & ipsos corripit ob pusillam fidem: Quid, inquiens, timidi es tu adeo? Qui fit, ut non habeatis fiduciam? Non permittit tentationem tam horrendam, ut quæ minaretur exitium, in excusationem adduci, quo minus fortiter standum sit fidei, sed exprobrat huius exiguitatem, ut discant, tunc fidem esse debere magnam, cum aduersa sint magna & horrèda. Maximam uero. dum sint grauißima. Discimus igitur hinc Christum hominem nullis non adfectionibus humanis fuisse obnoxium (secluso semper peccato) defatigatur enim, & dormit defatigatus. Discimus item Deum omnipotentem inhabitare in Christo, ut quicunque leuiter uentum repulit, & mare compescuit res inanimas. Inhabitare autem sic, ut ex Deo & homine sit factus unus Christus. quod & superius indicauimus, & nullibi uidetur, dum est occasio, prætereundum, quod ea res faciat ad plenam Christi Domini nostri cognitionem plurimum. Quousque autem sinat Deus tentari Sanctos homines, an non hinc patet? Nempe ad desperationem usque. Sed quamobrem, inquis? Ut suam certè cognoscant imbecillitatem, atque de se desperantes compellantur ad Deum potentem fideliter adcurrere, & deinceps fidelius adhærere. Exemplo sit Petrus Dominum negans, & David adulter.

De fidelis

CAP. IIII. OSVALDI MYCONII

De fideli autem manu Domini, quam porrigit suis, dum
extremè periclitantur, non est ut multis dicamus, post-
quam hinc ea res tam clare patet. Talis est enim, ut eos
derelinquere prorsus nequeat.

Et timuerunt timore ma-
gno, &c.

Homines qui aderant cum alijs nauiculis, & disci-
li timuerunt ualde uisa tam mirabili Christi potētia. Ex
quo timore dicebant etiā. *Quis nam hic est, quia & uen-
ti, & mare obediunt ei?* Unde licet cognoscere, qualisnam
hic timor fuerit, nempe cui reverentia fuit iuncta, qualis
decet potētiam Dei miraculosam. Amplectebantur nimi-
rum deinceps Dominum, & colebant boni multò ma-
gis, quam hactenus, & cum in oculis habebant semper
ut magnum & cœlestem uirum, Dei que, ut erat, filium,
quia fecerat, quod, nisi Deus, nemo poterat. Atque hac
uirtus est miraculorum Dei uera, ostendunt potentiam
Dei, & ad amandum ac uenerandum cum timore
ipsum impellant. quod alia miracula non
faciunt. Igitur hinc facile discerni
ualebunt.

CAPVT

Et uenerunt traiecto mari
in regio: &c.



AD ARA trans lacum Genezareth oppi-
dū fuit, unde Gadareni sunt appellati. Ger-
gessa oppidum in regione cōtentum Gada-
renorum Hiero: teste fuit, à quo Gergesseni
sunt dicti. Matth. ad Gergessam, Marcus ad Gadaram re-
spexit. dum, quod factum est, descripsérunt, & ambo re-
clē. Expulit autem hic Iesus legionem dæmonum ex uno
homine, quod & Luc. adserit ca. 8. ad uitutem Domini
magis respiciens, quam ad sanatos, nam Matth. dicit fui-
se duos. Non est in tota historia Euangelica dæmonium
crudelius. Domicilium habebat in monumentis, eò quod
ligatum sēpe catenis & cōpedibus omnia discerp̄sisset,
& comminuisset. Per montes item discurrens, & uias
impedit ne quis ibi transire posset. Clamauit, & concidit
se lapidibus ueste carens. Nihilominus ut uidit Iesum emi-
nus, adcurrit, & adorauit eum dicens, cum clamore ma-
gno. Quid mihi tecum est Iesu fili Dei altissimi? Adiuro
te per Deum, ne me torqueas. Quare nam adcurrerit, et
adorauerit, uerba hæc facile docent. Timor coëgit, quo
timuit, ne se Dominus præcipitaret in abyssum ad
grauiora, quam hic haberet, tormenta. Vnde tam est
sermone

sermone perplexus. Ferculus est enim initio. Quid mihi tecum est, inquiens? Deinde ueluti adulatur, dum tam egregio adornat titulo. Iesu fili Dei altissimi. Tandem ad uim cōfugit, adiuro te per Deum. Et quare isthac ita? Ne ipsum torqueat. Cognouit igitur Iesum tortorem suum eſe, fortiorē inquam ſe, et potestatem habentem dcijcier diſe uſq; ad Inferorum ēterna ſupplicia. Sed, inquis, unde cognouit? Haclenus haud ſemel expertus erat potentiam Domini contrafeſe. Et hic iā audierat. Exi immunde ſpiritus ab homine, ſenſeratq; cedendum ſibi, nescierat autem quo? Cæterum Iesu quid? Interrogat, quod illi dæmonio nomen eſſet? non quod nesciret ipſe, ſed ut intelli- geretur, unde nam crudelitas illa obſeffi. Tum ut notior fieret potentia ſua, uerbo nanque utebatur contra tantam dæmoniorum uim et copiam. Reſpondit namq; roganſi dæmonium. Legio mihi nomen eſt, quia multi ſumus. Le- gio Ro: milites habet ſexies mille, cētum: et equites ſex- centos. 30. Ex quo poſſumus intelligere, quanta multitu- do malorum dæmonum uexarit miferos illos. Depreca- batur autem dæmoniū, ne ſe emitteret extra regionem. Luc. dicit, in abyſſum, locum inferorum ſignificans ni- mirum. Idem dicunt, dum Mar. ſentētia eſt, extra regio- nem mūdi. Precatio uero quid aliud, quam ſuperatas dæ- monis ſignificat uires? Et Christi in Principem mūdi do- minium? Sed iterū precabantur omnes dæmones (forte quod abnuebat priorem deprecationem Christus) ut in porcos

porcos iuxta montes illic pascentes se immitteret, quò uel
 hac parte noceret hominibus adhuc semel, ut quibus iam
 esset abundum in abyssum. Docet precatio hæc, malum
 istum nihil ualere, ne in porcos etiam, nisi Dominus per-
 mittat. Quod uel ideo recondendum imo pectori, ut q-
 mnia, que immittuntur per angelos malos, aduersa, sint
 tolerabiliora nobis. Iesus mox annuit, quamobrem egress
 si dæmones ingressi sunt in porcos. Et grex totus, bis mil
 le fermè, per præcepsum latus est in mare, suffocatusq;. Et
 quur, inquis, Dominus, tam nobilis benefactor, ita fecit?
 Quur tantum damnum diaboli precibus annuens intulit?
 Ad posterius hoc dicimus primò, sicut paulò ante. Vo-
 luit docere, malum istum non posse uel nocere, nisi per-
 missu Dei. Quur autem Gadareni paſſi sint iacturā por-
 corum tantam, dici potest, quod merito sint paſſi. Nam
 uel fuerunt Iudei, uel fuerunt Gentes. Si Iudei, non lice-
 bat eis habere porcos contra legem Dei: quo circa recte-
 ultus est Christus legis paternæ contemptum. Si Gentes,
 iterum probè ultus est contemptum sui, quem nouit fu-
 turum post tantū uirtutis diuinæ in liberando dæmonia-
 co beneficium. Tum quod adeo nihil charitatis erat apud
 illas, ut porcos preferrent saluti dæmoniaci, quam-
 uis illos iam amississent. Postquam enim tota ciuitas exie-
 rat, & qui circa erant, excitati à pastoribus, uisoq; Iesu,
 & eo qui sanatus erat uestitum, & sanæ metis, haud ali-
 ter sunt moti, quin precarentur Christum, ut extiret è fi-

nibus suis, cum et adorare potius diuinam illam ad se missam potentiam debuissent, et gaudere quod miseri illi tam integrè sibi essent redditii: de porcis autem ad bonum intuentes sanatorum ne cogitare quidem, tanquam aliquid mali datum hic fuisset. Tum et petere Dominum ut apud se maneret, quo, si qui reliqui fuissent dæmones mali, pariter abegisset. At cōtrā uidemus omnino factum, ut facile intelligamus, Avariciā possedisse corda illorum, non aliquid diuini Spiritus. Videtur et ad hunc modum hic posse responderi. Non esse nobis nimis anxie inquirenda occulta Dei consilia. Nam qui habet potestatem super homines, quidni haberet etiā in porcos? Immittit famem, pestem, bella, et nemo dicit, bonorum saltem, nisi peccata nostra sic commeruisse. Similiter dicendum de tempestate, quae frumenta, uina, armenta, pecora perdit et absunit. De morbis, qui et porcos et reliquias, que nobis sunt usui, bestias ingenti perimunt numero. Neque fuit hic damnum tantum, quin quod factum erat bonum incomparabiliter esset malus. Nimirū non unius fuerant porci, sed multorum, quo circa facilius poterant ferre id claram. Beneficium uero tanti fuit, ut nemo non salutis commodum inde potuisset accipere, modo uoluisset. Discere namq; ualuerint, Christum esse potentem super dæmonia, fortemq; uictorē eorum, à quibus omnia nobis malitia corporis, tum animæ parantur indefinenter. Circuit enim malus ille tanquam leo rugiens, querens quē deuoret

IN MARCI EVANG. EXPO. 63

deuoret. i. Petr. 5. Atque in hoc ipso potuissent intelligere
quæ nam ratio peccata tum expurgādi, tum cauendi, &
quis modus recte corā Deo uiuendi esset. Quæ bona tan-
ta sunt, ut nihil eis queat ad similiari. Verum his neglegētis,
ut est naturæ humanae miseria, rogarunt potius, ut exiret
ē finibus suis, timentes haud dubiè ne quod grauius circa
res temporales malum illaturus foret.

Et cum ingressus esset nauē, rogarbat.

Obtemperauit Dominus orantibus, ut ē finibus suis dē
scederet, posteaquam uidit beneficentia Dei indignos.
Abeuntem autem uoluit comitari sanatus, rogarat enim
Christū, ut hoc sibi permitteret, nec mirū: quis enim non
libenter tantum benefactorem sequeretur? Verum Chri-
stus renuit, aliud enim fuerat, quamobrem illi reddiderat
sanitatem, nempe ut in decapoli, (regio à decem ciuitati-
bus sic uocabatur) et in domo sua prædicaret, quā nam
fūisset sibi Dominus, & quomodo sui misertus esset. Ille
igitur obsequutus Christo, beneficentiam, quā acceperat,
diuulgauit, ut omnes mirarentur. Cōsideranda nobis ex
hat historia iterū potentia Christi, nam uidemus, non esse
uim aliquam dæmonum, quā ille nō infringat uel uerbo.
Nō est per totam historiam Euangelij uis maior dæmo-
nij, quam sit huius, uerū quid ea respectu uirtutis Christi?
Deinde & hominis aestimatio uel apud Dcūm, expedien-
da uidetur. Nam p̄e uno bis mille suis uidemus nihil idu-
nos. Contra, dæmonium tam infestat hominem, ut dum

non huic nocere potest abarcente Domino, cupit tamen,
ipsius obesse bonis. Quamvis nihil ualeat, nisi permisum
Dei, neq; in ipsum, neq; in bona eius. Tandem nec illud
prætereundum. Non statim aptos esse ad circumeundrum
cum Christo, qui fidem nati sunt. Interea tamen locum
etiam non deesse, ubi fidē exerceat, et dona sua cū alijs com-
municet. Inter quos ut minimum sunt domestici. Videant
catabaptistæ, agant ne pro mandato Christi, dum fidem
opinione sua adepti relinquent uxores, et liberos, ne car-
ne ipsorum impediatur, quo Dominum minus sequi ualeat.

Et cum traieisset IESVS nauī.

Christus ut traiecit in ripam ulteriorem, cōuenit ite-
rū turba multa. Interim autem dū esset circa mare uenit
Iairus Princeps Synagogæ, fidei non admodum solidæ
fortasse quia Iudeus. Petit ad pedes Domini prolapsus
ex imo cordis, ut filiolam in extremis iacentem, sibi ma-
nibus impositis restituat. Ecce fidei imbecillitatē, dum
rogat, ut domum secum abiens. moritur e manus impo-
nat. Absentis enim uirtutē non cōsyderauit illuc posse per-
tingere, ut filia sanaretur. Nihilominus Christus, quod
erat fidei non contempnens abiit cum illo. In itinere uero
res accidit ualde miraculosa. Mulier enim sanguinis pro-
fluio duodecim iam annis obnoxia, postquam in medi-
cos omnem substantiam insumpsiisset frustra: neq; tamen
id solum, sed peius etiam haberet quam si illis nunquam
fuisset

fuisset uisa, per turbam, quæ cōferta Iesum comprimebat,
 intrans, talem serebat in corde fidem. Quantocunq; tem-
 pore fueris infirma, & quanto scunq; pecunias profude-
 ris in medicos, si tantum dabitur, ut uestimentum illius
 queas adtingere, salua eris. Tetigit ergo, & siccatus est
 fons sanguinis eius, et sensit corpore, quod sanata esset ab
 eo flagello. Verum quid hic Iesus? Nō potuit enim nesci-
 re, qui scit omnia, quid actum foret. Nolēs ergo, ut uirtus
 Dei taceretur, euocauit eam in publicum admodum pul-
 chrè, nimirū ne mulierculam adficeret pudore. Igitur di-
 cit. Quis me tetigit? Discipuli nihil cogitantes tale, tur-
 bam causant. Verum Christo sic non satis factū, erat aliud
 enim quod ipse tum cognorat, tū parauerat, quamobrem
 circumspiciebat oculis querens, quæ se tetigerat. Mu-
 lier hoc ipsum animaduertens (tanum potest suo. Domi-
 nus intuit) tametsi timens ac tremens uenit, & accedit
 ei, exposituq; omnem ueritatem de morbo, de temporis
 longitudine, de medicis ac impensis, de morbo post mede-
 las aucto, de Iesu uirtutibus auditis, de cogitatione & fi-
 ducia sua, de uestis ad tactu, de sanatione. breuiter, nihil
 omisit. Tum itaq; Iesus, quia obtinuit quod uoluit, nempe
 ut uirtus diuina nō lateret, & fides etiā lairi fortior red-
 deretur, dixit. Filia, fides tua te seruauit, uade cū pace, et
 esto sana à flagello tuo. Annon his auditis Archisynago-
 gi fides auctior debuisse fieri? Non enim, ut ipse, petie-
 rat quidpiā mulier, et morbus fuerat paulò morte leuior,

et uestem Domini tatum adtigerat. At postquam fidem
habuerat, quod uoluit. abstulit, tantum est, ex corde cre-
dere. Dum autē adhuc loqueretur Iesus, nunciatur filium
esse mortuam, non igitur ultra uexandum magistrum.
Hic omnis fides absuit. Vnde Iesus non ad hos, sed ad Iai-
rum respiciens consolatur: iter enim non frustra ingres-
sus erat, hoc dicens. Ne metuas, tantummodo crede. Nam
paulo ante, quātam fides habeat uirtutē, audisti, imò et ui-
disti. Non igitur alio medio tibi opus est ad id quod cupis.
Crede. Deinceps autem noluit Dominus, ut quisquā se se-
queretur, præter Petru, & Iacobū, & Ioannē. Introiuit
in domū Iatri, uidet flētes, & eiulantes cognatos & ami-
cos, ut sit, maxime dū mors præmatura nobis adimit libe-
ros. Quia uero non ita decet, præsertim eos, quibus spes
est resurrectionis, corripuit illos Dominus, & dicit. Filiā
nō est mortua, sed dormit, quamobrē irridebat cū homi-
nes infideles, non consyderātes, illā Christo dormire, fi-
cilius enim erat ei puellā ē morte suscitare, quam nobis
quempiā ē somno. Igitur omnib. eieciis, ut pote indignis
ut tantū uideret miraculū sine fide, parētes puellæ adsu-
mit unā cū suis, et ad mortuā intrat, ac manu adpræhensa
puellæ dicit. Thalita kumi, quod Syris sonat, puella surge.
Et cōfestim surrexit, et ambulabat, et obstupuerūt stupe-
re magno. Præcepitq; uchemeter illis, ne quis sciret, et ius-
sit ut darēt illi ad edendū, in signū integræ ualeitudinis.
Ex his omnibus exemplū habemus primō, quād Dominus
fidem

fidem etiā imbecillē nō reijsiat, sed foueat usq; ad plenū.
 Id quod nos omnes merito sōletur, quibus ejt in singula
 momēta orandū, ut Dominus augeat nobis fidē. Nā sine
 his exēplis nō mirū esset, si prorsus inter tot mala fidem
 cohētia deficeremus aliquando. Deinde uirtus fidei ex
 muliercula, et uerbo Domini, quo dicit, tantū crede, dili-
 gēter est pōderanda, ut tandem recte et firmiter teneamus,
 Credēti nihil esse impossibile, ne uiri deceptores, qui con-
 tra uirtutem hāc pro operibus pugnāt hodie, quēmpiam
 seducant. Nec prætereundū piorū mortē esse Christo som-
 num, ut qui illos excitaturus est secūdum carnē (nam ani-
 ma uiuit) in nouissimo die. Et demū Dei gloriā in omni-
 bus esse pro exēplo Domini querendā. De nugis funera-
 libus abiiciendis, non est difficilē cuius intelligere fideli.

C A P V T S E X S T V M.

Et exiſt inde, & uenit in patr.

 V AE Christo in patria, apud cognatos,
 domesticosq; acciderint, docet Mar., nimi-
 rū, ut uestigia Christi sequētes haberēt, quo
 se consolaretur, siquid eiusmodi fieret à suis
 aliquādo. Vehementius dolet profectō, malū ferre à pro-
 ximis uel ob doctrinam ueritatis, uel ob correptam ma-
 liciam, quare nescio, si dolor æquius tolerari posset, nisi
 tantum exēplar ante oculos haberetur cōstitutum. Na-
 zareth patriam dicit, non quod hic natus esset Christus,
 sed quod ex magna parte educatus. Cicero sic Romanus

uocabatur, & pater patriæ, cum esset Arpinas.

Cœpit in synagoga docere,

Luc. 4. manifeste describitur, quid nam docuerit, & quanta admiratione suorum. Et ubi cœpisset paulo liberius in uichi contra eos, quid nā passus sit, de monte uolebat enim mox præcipitare ipsum, quale nunquā uel à pessimis Phariseis est tā repete, ac tāto cū impetu tētatum.

Multiq; audientes obstupuerunt.

Hoc est, quod iam diximus, ingēti admiratione audierunt, sed interim nō absq; scandalo. Quod quidem uerba hæc clarum reddunt. Vnde huic hæc: & quæ est sapientia, quæ data est illi? Item, non ne hic est faber ille, &c. Ergo stupebant de doctrina, de sapientia, de miraculis eius, ut quæ cognouerant magna, & diuina, & nihilominus cōtemnebant ob personæ, quæ adparebat, uilitatem. Iosephus faber lignarius, pater putatius, laboribus domum suam enutriuerat, in eodem erat labore nimis Christus, artifex nominatus, quā obrem Mar: dicit ὁ τέκτων, nihil aliud putatus igitur usq; huc, quam faber, replete uero uisus, & auditus doctus, sapiens, miracula diuina faciens, ita sensibus & mente sunt confusi, ut quod arduum cum stupore cognorant, non tamen inde personam uenerarentur, sed contra potius ingentia illa propter personæ humilitatem contemnerent. Causam huius uidcbimus in sequentibus.

Et scandala

Ets scandalizabantur in illo.

Vide quid scandalū. Humilitate, in qua Christus apud illos uixerat, adparens ut homo per omnia, sic animis erant affecti, ut miraculosa illa dum uiderent, ac audirent, cognosceret quidem quantā nam essent, ceterum uilibrerent non sine stimulo inuidēti.e, quo solent moueri præ ceteris uernaculi, cognati, et si qui tales, dum suis, æquilibus antea, quid magni præter opinionem euenerit. Offenduntur non adeo dissimiliter omnes, qui Christi secundum carnem humilis, passionem nolunt satis esse pro pecatis mundi. Caucant, nam dictum est: beatus qui non fuerit offensus per me. Infelix igitur, miser, & condemnatus qui fuerit offensus.

Frater Iacobi, & Iose, &c.

Non habuit fratres, nō sorores secundū carnem Christus, sed cognitione, quemadmodum Lot appellatus est frater Abraham. Gen. 14. Quia de re D. Hieronymus aduersus Heluidium satis super que.

Non est propheta sine honore, &c.

Dicit notanter prophetam non esse sine honore, nisi in patria. Nam qui ueritatem Dei, rem tam excelsam, inter suos, quibus eius nondum est data cognitio, prodiderit, & flagitorum prauitatem emendare docendo conatus fuerit, nihil inde feret aliud, quam tulit Christus, quis

iste, quæ eius doctrina? cur nos corripit? nouimus à puerro, nouimus cognationē eius, semper æqualis nobis, quomodo nunc se nobis præponit? an melior quam nos? an doctior? an rerum peritior? Atq; ita sit, ut diu num illud, quod cōcessum est, annihiletur. Non profuit Christo, quæ uixit à puerō inter suos innocentia, quis effugeric ergo malum, quod ipse non potuit effugere? Consolationem accipiunt igitur hinc omnes, qui patria pelluntur hodie propter uerbum euangelij, qui male audiunt à suis etiam pulsi, qui minis eorundem exagitantur, qui dannis sunt expositi uel alieno iuxco paratis ab illis, tolerent autem cum Christo, quæ se non possunt aliter habere, atq; ita per patientiam animam suam possideant: non enim hæc solum à gentilibus, sed etiam à cognatis, & à familiaribus solent accidere, tam est prauum ingenium humanum.

Et non poterat ibi uirtutem.

X̄muæ quale habemus etiam in lingua latina, non potui colloqui cum isto, prò nolui. Igitur noluerat uirtutem, hoc est, miraculum aliquod edere, nisi quod paucos αρρώστος, qui corpore inualido, non in lectis decubentes tamen, erat, propter incredulitatem enim nemo aduenierat, quæ talis erat, ut & Christus admiraretur.

Et obambulabat per uicos.

Omnibus prædicat Christus, urbanis & agrestibus, nam æqualiter omnibus erat missus, nec solus ipse, sed discipulos

scipulos etiam binos et binos amādat cū potestate in dæmonia, et in morbos, mādata imponens, quibus in summa nihil aliud uult, quam ut toti depēdeant à Deo, certi, quod cui labore, is quoq; de necessarijs prouisurus sit. Atque ita cōueniebat omnino fieri de his, quibus erat in præsens Iudea circūenda, et mundus totus in posterū. Mittit binos, forte quia melius est, duos esse simul quam unum solum: habet enim emolumentū societatis suæ, si unus ceciderit, ab altero fulcietur. Eccle. 4. Alacriter ambulat, qui comitē habet; alacriter laborat, qui habet sociū. Quamuis igitur toto pectore dependebant à Deo, nihilominus tam carnis sic imbecillitati prouisum uolebat Christus. Mittit etiā eos ad Iudeos tanū, et gentes prohibet, Matt. 10. Et Samaritanos, illis enim promissus fuerat, ut filii regni, primo, gentibus autē uelut secūdariō. Quare Paul Act. 13. Vobis oportebat primū loqui sermonem Dei, sed quoniā repellitis illū, et indignos uos iudicatis æterna uita, ecce cōuertimur ad gētes, &c. Dedit potestate in demonia et in morbos ad confirmationē doctrinæ de presente salute. Quapropter reclē qui sanabātur iussi sunt dare gloriā Deo, utpote cuius uirtute sanatio cōtigerat. Mirum igitur, undēnā error iam olim de diuorū cultu, et uenexatione propter miraculorū multitudinē inoleuerit. Gloria omnis erat danda Deo, nos fide carentes ad alios, qui id abnuunt, pertrahimus. Infidelitatis hoc certissimum indicium. Præcepit aut, nequid secū tollerēt in uiā, cām ob causam, ut dī-

ut diximus iam. Additur, nisi uirgam tantum, Matth. inquit, neq; uirgam. Quod ergo noster dicit, hunc sensum habet. Nihil tollendum in viam, nisi uirgā tantum, id est, nudis & pauperibus iter esse suscipiendum. Et hoc scheme hebraico, & germanico. Gen. 32. inquit Iacobus: In baculo meo transiui Iordanem, hoc est, nudus, nihilque possidens. Germani dicunt de his quos in bello uictos, donatosq; uita dimittūt sine armis, ad baculum, seu uirgam recipere, id est, ita recipere, ut omnibus relictis cum uirga discedant. Eandem & nuditatem, & paupertatem Matt. docens, ait: neq; uirgam. Adeo namq; debebant à Deo pendere, ut ne uirgæ quidem subsidio nitendum foret. Necesse erat Apostolos durari sic, dum Christus adhuc esset cum eis, ut posteaquam abiisset, iamā adsueti quodammodo, paupertatem tolerabilius ferrēt: scientes cum, qui uitium, & amictum certissimè subministraret, ipsis nō defuturum. Alij dicūt tamen Christum prohibuisse uirgam, quæ se tuarentur, permisisse uero, quæ uterentur in itinere. quemadmodū prohibuerit alibi calciamenta, non quibus induerentur, sed quæ seruarent ad usum reliquis detritis, hic enim iubat ferris sandalia. Eadem ratione prohibet, ne binis tunicis uestiantur. Noluit Christus solitudinem talē in eis, qui solam uerbi prædicationem habere curæ debabant. Nihil est enim tam uile de rebus terrenis, quod nō remoretur aliquo modo diuinorum debitam diligentia. quocirca prohibet apud Luc. ne quem per viam

uiam salutent quoq; Nō certè quod salutare, gestare uirgam, uel non gestare: peram item, panem, æs, calciamenta, sit peccatum, sed quod Christus hæc præcipiēdo uolebat docere, quo nam anūmum totum deberent dirigere, & à quibus rebus abstrahere, dum munus tantum, euangelium promulgandi uidelicet demandatum esset. Hæc mandata igitur, tametsi tenuerunt ad tempus, nō perpetua tamen esse cognoscentes, & aliud, quam præse ferrent, propriè continere, uidentes, ut quod significabant obseruarant, ita literā negligētes, dum exierant in mundum uniuersum ad prædicādum euangelium, post posuerant. Pugnat locus hic contra Episcopos, qui gloriantur se discipulorum domini successores esse, cum nihil agant minus, quam quod hic illis præcipitur.

Et dicebat eis. Vbicunq; intro.

An non Christus mēdicitatem hoc loco discipulis prohibet? Vult enim, ne quis dicat, si uelut ostiatim cibum quererent, ob uētrem potius, quam ob salutem hominum eos nouam hanc de gratia Dei doctrinam promulgare, cū nihil sit, quò ruat homo facilius. Videt enim, quam cibum sic emendicare non sit, nisi amatis ocium, hoc ipsum uero parere solere multa mala. Vnde protinus in hoc fuissent, audientes Apostolos, & mendicare uidētes, artem aliquam excogitatam esse propter uentrem. Discant igitur catabaptistæ, discat monachi, qui titulo mendicatum gloriantur,

CAP.VI. OSVALDI MYCONII

gloriantur, Christum nolle, prædicantes suum euangelium, mendicos esse. Iubet autem, quod debeat manere in domo, qua sint excepti, donec inde exeat, id est, donec ad perfectum euangelium adnunciauerint, uel per occasionem aliquam inde discesserint. Videtur autem hoc dictum per occupationem, potuissent enim cogitare discipuli apud se. Prohibet dominus, et præceptor uester tam diligenter, nequid in uiam, hoc est, nec cibum, nec pecuniam tollatis. Interim autem et prædicare uerbum suum, ejuscere demonia, sanare morbos iubet. Vbi uos cibo, et potu interire fouebimini? q.d. igitur, non est quod sic cogitetis, dummodo laborem probè laborabitis, quem ego iniungo, hec etenim cura mihi incumbet, ut de cibo et potu uobis prouideatur. Disponam ubique bonos, et pios homines, qui pro spiritualibus, corporalia dabunt, tantum uos in oppidum aliquod introcuntes exquirite, quis in eost dignus, quem ubi reperistis, ibi manete, donec tempus facrit abeundi filius enim talis est pacis. Quod si qui uos, uestraque doctrinam non sunt recepturi, quales futuri sunt multimox exite, et puluerem, quem pedibus attraxistis, excutite, certum habentes, impunè quod fecerunt nunquam ablatores, immò Sodomis, et Gomorrhis in die iudicij fore tolerabilius. Ex quibus discebat discipuli bona piissima uero impijs obuentura. Cognoscebat curam de se Christi, de quod ipsius uerbo, tu et spiritus, robur, et alacritatem hoc ipsum enunciandi cōcipiebant. Quare tamen si mala adhuc

ad huc multa prænunciaret apud Matt. quod ad timebat
ad corpus, solatum tamen accipiebant ex his, ut poenitus
intrepide, & alacriter obiret omnia. Præterea puluerem
excutientes ligabant hominum peccata, hoc ueluti signo
denunciantes malū, eoque non receperissent euangelium,
quod adulterant ipsi, quamobrem additum est, in testimo-
num ipsis, ut uidelicet olim essent inexcusabiles, & me-
ritō, quicquid superuenturum esset malorum, dicere
cogerentur obtigisse. Similiter ligant in Act. 13. Paul. &
Bernabas. Neque tamen illud solū, sed etiam docent, adeo
se non quæsiuisse quod suum est, sed gloriam Dei, et salu-
tem hominū, ut nec puluerem uelint, qui pedibus suis ad-
hæserit de solo ipso rū. Quod si hoc est ligare peccata ho-
minū, ipsa soluere nihil erit aliud, quam per euangelium
denunciare peccatorū remissionē omnibus, qui per fidem
non fidam hoc nunciū receperunt. Et profectō res ita ha-
bet. In enūciando enim, an nō ad hunc modū dicitur? Qui
crediderit, et baptizatus fuerit, hic saluus erit. Qui uero
non crediderit, condēnabitur. Qui prius dedit anno sol-
uit, qui posterius, an nō ligat? Quid est ergo, quod adu-
latores Papæ magnis uoluminibus de potestate clauī, de
ligando et soluendo nugati sunt, cū res ex libris euāgelicis
ta breuibus pateat? Cognoscāt se, et poenitentiā agant, ut
remittātur eis peccata, id optamus, & precamur unicē.

Et egressi prædicabāt, ut poeniterent.

Matt. inquit. Profeti aut̄ prædicate dicentes. Adpro-
pinquauit

pinquauit reg. cœl. Vnde constat sic prædicasse discipulos, quemadmodū Ioannes baptista, necnon & Christus. Resipiscite, ad propinquauit enim regnū colorum. Quorum uerborum rationem c. i. satis indicatam putamus.

Et ungebant oleo multos egros.

Hoc unus Mar. habet. Vngebant autem oleo discipuli eo planè modo, quo Christus Io. 9. fecit lutum ex sputo, cæco restituens uisum. Nam quid lutum ad recipiendum uisum? Ita quid oleum ad sanitatem? Virtus ipsius spiritus, quæ propter fidem discipulorū agebat, incolumente reddiderat, nō oleum. Quoties enim sanarant deinceps, hoc est, post adscensionem domini, non sic ugentes? An nō Petrus claudum sanauerat Act. 3. solis his uerbis? In nomine Iesu Christi Nazaræni surge, & ambula. An nō incolumes facti sunt multi sudarijs, & semicinctis Pauli impositis? Act. 19. Ciuite quiddam igitur exhibuerunt Apostoli. sic ugentes, infirmis, ex quo non nihil secundum carnis sensum accipiebant solatij, quod fieri solet, etiamsi manibus solis quæpiam adtrectes. Quamuis non absurdè dixeris re externa uoluisse discipulos uirtutis Spiritus sancti admonere. Videmus enim non uno loco & in ueteri testamento, et in nouo tales admonitiones factas, imò solatium carni per externa saepe concessum. Spiritus quidem spiritū animat ac erigit. Sed nisi caro quidpiam habeat, quod & ipsam soletur, & uegetet, plerūq; spiritum

IN MARCI EVANG. EXPO. 69

Spiritum perturbat, & ipsa non raro succubit. Vnde stimulus doctrine verbi externi, unde consolationes amicorum, unde laborum & dolorum socij, immo et bonarum functionum, ut paulo ante uidimus, ubi Christus binos emittebat ad praedicandum euangelium. Quorum rationem reddere tametsi non possumus, uidemus tamen ita dominum etiam spiritales homines confirmare. Tale quiddam uidetur habuisse discipulorum unctio quoq; Vnde quantum aberrarint a uero, & recto, qui sacramentum unctionis extremae constituerunt ex hoc loco, uideant ipsi. Nam quod cæcutiuerint in eo formando præter potestatem, cogentur agnoscere uel ex illo, quod sive reuicturis apostoli adlinerunt oleum: hi uero non nisi iamiam morituris, nec nisi consecratum, cum illorum fuerit, quale natura fecerat. Deinde corpus unixerunt illi, sed non nisi propter corpus, hi corpus ungunt propter animam, tanquam olei uis in hanc usq; penetrare possit, atq; ipsam liberare a peccatis. Ex his, & consimilibus inuentis, quid aliud, quam fidei possit exitium prouenire?

Et audiuit Herodes rex, &c.

Dicunt filium hunc fuisse eius, qui pueros occiderat, Tetracha uocatur à Luc. 9. quamobrem Theophilactus dicit regis nomine simpliciter Mar: esse usum. Is dum audiuit miracula, que agebantur per Christum, dixit Ioan- nem surrexisse a mortuis, fortasse pro philosophorum
G quorundam

CAP. VI. OSVALDI MYCONII

quorundam stulta traditione de regeneratione carnali,
& animarum transmigratione. Alij uero dicebāt Heliam
esse, alijs prophetam aliquem, alijs tanquam unum ex pro-
phetis. Mens quae de Christo non sentit id, quod est reue-
ra, sic uacillat, immo sic aberrat de ijs, que fiunt ab illo,
quemadmodum nostra tempestate, cum prædicatur euau-
gelium de gratia Dei missa per Christū ad nos, tam enim
uaria male Christiani disfultant de ea gratia, ut non posset
non amitti, quicquid adulit ille. constat enim que mala
Catabaptistarum coryphæi de Christi diuinitate, conati
sunt introducere, atq; ex eo sive eius gratiam annihilare, ut
iterum per operum merita comparandum esset cœlum,
fidei uirtute pœnitus evanescata, atque adeò subuersa toto
euangelio. Nec illi soli tamen in hac peruersa sunt opin-
ione, sed ex doctioribus aliqui, de quibus præstat nunc ta-
ccere, donec per impietatem magis sese prodiderint. De
Papistis in totum hic tacere libet, ut qui diuinitatem Chri-
stianam abest ut credant, ut nihil sit magis impossibile,
quoad doctrinam de operum nostrorum merito uehement.
Quā ob causam simplici fide nos, relicta prauitatem peccati-
marum opinionum, confiteamur cum discipulis domini:
Tu es Christus filius Dei uiui, & cum ijsdem posses-
sionem uitæ recipiemus æternæ.

Cui ego precidi caput, &c.

Historia de morte Ioannis commode narratur, & u
tiliter habet enim multa, et excellentia quædam, que nos
docere

IN MARCI EVANG. EXPO. 76

docere, iustiq; & recti admonere possunt. Captus est prim
cipio per satellites Herodis, cōquod huic dixisset, nō lice-
re, ut fratri uxore haberet. Vnde sunt deinceps structae
insidiae per Herodiadem ad mortē Ioānis spectantes. Sed
uide, ut cunctū naclae sint. Dum natalicia celebraret iste,
saltabat Herodiadis filia: placebat Herodi, ut promitte-
ret, quod esset petitura, usq; ad dimidiū regni sui. Petebat
igitur, à matre iussa, caput Ioannis. Herodes ne levitatis
argueretur, continuo, simulato dolore, more gerit. Vide-
amus quæ nam hinc discenda nobis. Ioannes prædicauit,
atq; interim corripiuit Herodē pessimi stupri, nempe in
uxorem fratri Philippi: qui quidē, si fuit adhuc in uiuis,
patrauit stuprū ille cū iniuria crudelissima: sin fuit mor-
tuus, reliquerat semen, qua propter iterū non licetbat, ut
Herodes illā haberet, quia scripū est: Turpitudinem uxō
ris fratri tui nō reuelabis, quia turpitudo fratri tui est,
Leuit. 18. Quia igitur Herodes contra legē ex turpi libi-
dine fecerat, quamūuis esset magnus, Io. maiori seruiens
liberè flagitū exprobrat. Vnde parrhesian in corripien-
dis peccatis quorūcunq; discamus, modo simus cū Ioanne
equaliter affecti, gloriā Dei quærentes, et hominū emen-
dationē. Ob hāc libertatē aut̄ stultus, et libidinosus prin-
ceps Ioannem carcere concludit. Vbi quidem uim libidi-
nis male notare licet, nam metucbat Ioannem Herodes
& pro iusto, & sancto habebat uiro: quamobrem & in
multis eum sequebatur, nihilominus prauus iste affectus

conabatur sic hominis libertatem prohibere. Interēd
uindictæ conceptæ uehementia magis etiam impellebat
Herodiadē, ut pote quæ insidiabatur uitæ quoq; Ioānis:
unde nemini dubiū, quin occasionem quæreret, qua com-
mode uoti compos redderetur. Habuit eandem causam
hæc uindictæ cupiditas, nempe foedi amoris, et libidinis
furorem. non amat enim mulier, sed insanit. Herodis ue-
ro natalicia (in quibus cibis, et potus lautior, et omni-
læta quæruntur) occasionem præbuerunt, ut Herodias
cupiditatis finē reperiret. Ita fieri proœctio solet, ut sem-
per aliquid mali ex coniuījs, ubi modus transitur, proue-
niat. Dum enim Herodiadis filia saltaret ad oblationē adum
regem, et coniuīas, tam huic placuit, ut cum iuramento
promitteret, sicut paulo superius dicitur est. Rex stultus,
et uoluptarius, pro re fruola, tantum pollicetur, addito
iuramento quoque. Ex matre quærit igitur puella, quid
petendum. Respondet illa (non mota uel auaricia, que
huic sexui peculiaris est, uel gloria regni, que nihil mi-
nus muliercularum ambitionem uexat, sed ut uindicaret
se de Ioanne, à quo flagitium fuerat imputatum, et pro-
hibitū pro lege Dei) caput Ioannis Baptiste. Exemplum
in primis notandum de cupiditate uindictæ, mulieribus
præter animantia cætera ingenitæ. Vincit hæc in ipsis,
si sibi relinquuntur (loquimur enim de natura commu-
ni mulierum) reliquos adfectus omnes, ut hinc facile pa-
tet. Facit puella pro matris iussu, petit caput Ioannis. Hic
rex

IN MARCI EVANG. EXPO. 71

rex tandem stulticiam pollicitationis cōsyderans, dolorem adficitur, sed ne falsum iurasse diceretur, petitioni consentit. Stultus quod tā temerē iurauerat, impius quod iuramentum, quod sine iactura potuisset reuocare, presterat. Vnde multis modis exēplo nobis erit Herodes iste. Furiosae libidinis puta, stulticie, & impietatis. Coniuicni fūssent eque, uti Herodes, impij, facile prohibuissent, nemors Ioanni pro conuiuī delectamento fūsset inflata. Sed nihil erat discriminis, qualis coniuuator, tales erant & hospites, qua de re permiserunt facile, ut patraret ille, quo nihil grauius potuisset. Hic interim consyderanda uidetur diuina prouidentia, que uoluit omnino Ioannē interire sic, cū omnia tamē eo modo sint acta, tanquam per homines, & casu quopiam euenerint. Nam si Passer non cadit in terrā absq; patris uoluntate, quomo-
do Ioannes, in utero matris spiritu Deirepletus, foret tam misere interfactus sine huius uolūtate? Id quod propterera dico, ut contempleremus & in alijs mirabilia facta Dei, quibus deuoti libentius toleremus, siquid aduersum nos fuerit uel institutum, uel actum.

Et congregātur apostoli ad Iesum.

Qui rem iniunctam probè sunt executi, cum gaudio redcunt ad eum, qui iniunxerat, narrant quid egerint, quoq; modo, & quid obuenerit inter agendum. Hoc pater discipuli quoq; domini faciūt, cō quod rectē omnia expedierant, & bene ceciderant omnia, quapropter etiam

G 3 dominus

dominus eos excipit suauiter, ad quiescendum secum abducens. Diligerentur est itaq; uidendū eis, qui munus idem prædicandi scilicet euangelij, cum discipulis acceperunt, sic agant, ut ad Dominum olim aduenire non formident, nam ratio danda est omnino. Ne igitur accidat, quod Ieru, qui talentum absconderat, & illis qui conseruos percesserant, biberantq; & comedebant cū ebrijs, cauendum est omni studio. Discipulis enim si pares fuerint inueniti, parē quoq; cum eis mercedē sunt receipiuri. Si alij, dissecabuntur, & erit pars eorū cum hypocritis, ubi non erit nisi ploratus, et stridor dentū. Præterea quiete interdum esse necessarii operantibus in uinea Domini, an non hinc manifestum? Quod caret enim alterna requie, durabile non est. Quāobrem prouidendū esse talibus, ut quietioribus esse liceat, an quis negare poterit? Vegetiores etenim ita reddūtur ad laborandū. Non ocium ergo uolumus sed aliquantulū intermissionis grauiorū laborū, ut ijdem alius deinde queant repeti. Abire uolebat Christus in locū desertū, si possent illic esse magis quieti, uerū tam erat plebs, quis alij atq; alij affectibus amās, et cupida Christi, ut illuc quoq; sequeretur, imō perueniret pars nō par-

Quia erant uelut oues.

(ua.

Causa est, cur misertus sit Dominus turbæ. Oves que carēt pastore, esuriūt, querlūt, errāt, et præde sunt expositæ. Sic illi, animas habebat esuriætes iusticiæ Dei, cōquerebantur

querebatur ideo, errabantq; sed nemo pauerat, nemo reduxerat in pascua bona. nam qui praeerat ipsis, sc̄ potius expleuerant ex illorū tergoribus, pascua que nō satiant, nisi ad tempus doctrinas uidelicet suas, in q; et doctrinam Dei, sed humano more traditā, proponētes atq; sic expōnētes lupo, predatori pessimo diabolo scilicet. Quocirca miseretur Dominus, et pascit, hoc est, docet eos multa, nā doctrina Christi, cibus est unus, & uerus animæ, satians usq; in perpetuum. Io. 4. et 6. Paulo post etiā corpora, grandi tamen miraculo saturat Christus, tot inquam hominū millia, duobus panibus, et duobus piscibus, atq; ita, ut decē copiū pleni reliquijs manerent. Quæ qdem res ad hūc modū peracta est. Mouebatur et discipuli nōnullo misericordiæ adfatu erga turbam, quocirca monent Dominum, ut eam dimittat in proximos uicos, ut panes sibi cōparent. Christus uero miraculi futuri, post tentatam fidem suę uirtutis, memoriam uolens stabiliorem reddere, inquit: Date illis uos quod edant. Discipuli non expēdentes quid ille posset, respondent: q.d. reclē mones, habemus adhuc ducētos denarios (Budæi calculo faciūt uiginti aureos Parisienses. li. 5.) his panes ememus, pasturi quo quot ualuerimus, nam omnes poterimus haudquaquam. Obiter cōsyderemus, circūlisse pecuniā, cōtra literam, quæ paulo superius iussit, & nō circumferri debere &c. Quā ob causam patet quæ nā fuerit illī sentētia Domini, nēpe se curaturū, ut cibus, potus, uestes, suppeteret, tātum

fideret ipso. Stultum licet hinc etiam cognoscamus institutum Minoritarum, qui tangere pecuniam pro piaculo habent, cum hypocrisi possideant interim totū mundum, nullare carentes, quo de gloriatur etiam non parum, discipulis & in hoc pares sese iactitantes, cum tantum sit discriminis, quantum est inter uerum, & simulatum. Christus itaq; rogat, quot panes habeant, ut ita miraculum reddatur & certius, et grandius. Dicunt, quinq; & duos pisces. Non solum ergo pecuniam, sed & cibum tenerunt secum, quamuis Io. 6. puer panes, piscesq; tot, tanquam uenales hic habuisse dicatur. Iubet ut discubant, id quod fecerunt distributis coniuuijs, expositio sequitur, centeni, & quinquageni. Nam multitudo illa mihi uideretur ex uerbis Marci diuisa prorsus ad hunc modum. Erat in eo loco multum gramen, huc iussa est turba discubere per coniuicia, id est, per sodalitates. Discubuerunt igitur προσωπαι προσωπαι, id est, arcole, arecole, ut homines uocet areolas, quod in modum areolarum sederent, hic quidem centeni, illic quinquageni, prout locus sese prebuerat. Si cui uisum fuerit aliter, e quidem nihil contendo. Luc. 9. dicit: facite illos discubere insingulo quoq; discubitu quinquagenos. Panes post haec, & pisces accepit, et oculis in coelum sublati benedixit, id est, gratias egit. Quod quidem nunquam non facit, quoties panem trahat, ut nos discamus cibum sumendum cum gratiarum actione semper. Fregit panes deinde suo quodam more, ut patet ex illo

illo Luc. 24. Et narrabat, quomodo fuisset agnitus in fractione panis. Dedit discipulis ut ipsi distribuerent multititudini. Similiter egit cum piscibus, hoc est, partitus est omnibus, unde comederunt, & saturati sunt, nec id solum, sed fragmentis collectis discipuli duodecim implerunt copinos. De piscibus etiam non nihil reliquum factum postquam tanta multitudo iam probè fuerat pasta. Diligentia in hac historia facit ad amplificationem miraculi, et ut uidamus nos, quis nam sit, qui dat escam omni carni, nec solum omni carni, sed etiam animæ, à uerbo Dei nanci, quia Christus est, illa uitam accipit, nec aliunde, quam obrem effridentes animæ huc accedant, & omnibus bonis replebuntur indubie.

Et statim coēgit discipul.

Et quare coēgit? Securi erant discipuli, cū apud ipsum uersabantur, quo circa non libenter discedebat ab eo, hinc cogendi erant. Tum quod cōducebat illos, priusquam dimitterentur in mundum uniuersum, esse ad tribulationes quam exercitatissimos, uolebat Christus eos iterum tentari per maris afflictionem, deinde consolationem accipere præsentia sua, ut intelligerent, nihil posse deesse uiris pijs ad firmum solarium: præsentem et auxiliatorem adesse Christum, dum tribulationum uis esset tempestuosa. Interea discedit ipse ad orādum in montem solus: quietem enim preces deuotæ requirunt, tam externam,

G s quam

quām internam. Nam si ab his , quae sunt extra nos non
moucremur , plerūq; longē facilius reprimemus adje-
ctus, quantumuis graues. Inuenimus aut̄ Christum orasse
uarie . Nam gratiarū actiones facit ad patrem pro bene-
ficijs inter homines probē collocatis, ut cū dicit Matt. 11.
Gratias ago tibi Pater domine cœli, et terræ, quod abscon-
deris hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelaris ea
paruulis. Item quoties panem frāgit, ut paulo ante dixi-
mus. Petit alibi, ut pater se audiat, quād nodum in morte
Lazari. Quāuis id non propter se, sed propter adstantes,
ut crederent, ipsum à patre missum. Alibi, ut calicem à se
auferat pater, si sit possibile, atq; hoc facit pronatura hu-
manæ disyderio, ut uideamus imbecillitatē carnis inuo-
casse patrem pro se quoq; sicut etiam Io. 12. Pater serua-
to me ex hac hora, non quidem , quod etiam sine prece-
tione pater non seruasset, sed cognita nobis uera ipsius
humanitate , disceremus per omnia miserrimi nunquam
non ad Deum in afflictionibus quibuscumque confugere,
& petere ut nobis succurrat. Orat iterum alio loco, ut pa-
ter glorificet filium. Ut item nomen suum illustret. Tan-
dem uero pro alijs quoque petit, ut seruentur. Io. 17. Pa-
ter sancte, serua eos per nomē tuum, quos dedisti mihi, ut
sint unum sicut & nos. Et paulo post: Nō pro eis autem
rogo tantum, sed & pro ijs, qui credituri sunt per sermo-
nem eorum in me, &c. Ex quibus intelligimus, etiam si
Christus caruit omni peccato, impulsu tamē haud se-
mel

Semel à carnis imbecillitate, ut pro se quoq; patrē oraue-
rit. Interim uer simile quidē, plerasq; proces fudisse pro
suis ad exemplum ipsis, ut inquam cogitarent, si Christus
tam diligenter pro uobis orat, qui tamen Dei estis, quan-
to magis opus est, ut ipsi pro uobis ipsis orctis sine inter-
missione? Ita dum rectē consyderamus omnia, quæ Chri-
stus fecit etiam per carnis ueritatem, comperimus nihil
non fecisse nobis in exemplum, ut sequamur uestigia eius.
Videamus nunc historiam.

Ac circa quartam uigiliam noctis.

Dum esset uespera, nauis erat in medio mari cōspici-
ente Christo quam laborarent cōtra uenti tempestatem,
uerum sic permisit eos usq; ad quartā noctis uigiliam, ut
probet tentarētur, mētis oculis interea à Domino nō de-
ficiat, ita nāq; decebat illos adsuefieri, ut post hac in ad-
flictionibus, quæ futuræ erāt à mundo nunq; ab auxilio
diuino uel tantillū auerteret. Sed uide, ut Christus egredit
cū discipulis. Super mare, atq; id ēpestiuosum adjit ad eos
præteriū sc̄ simulās, magisq; iā satis perturbatoster-
ritans, putabant enim, poslq; uiderāt, spectrum esse, qua-
propter exclamauerūt. At Dominus, ubi satis norat tēta-
tos esse, solatur, cōfidite, inquiēs, ego sum, ne terreamini.
Verbis addit faclū, intravit enim in nauim, & mox uen-
tus cessauit. Cognouerūt ex hoc miraculo discipuli, quod
panibus quinq; multiplicatis nō cognouerāt, adeo fuerat

cor

coreorum obsecatum. Qui scis autem, an Christus tentationē hanc immiserit, ut oculos illorum tandem aperiret? ut hæc causa quoq; præter superiorē adiiciatur. Sic uidemus tribulationes immitti suis à domino, ut à quibus fides exercetur, et probetur, quamobrem etiam eas esse necessarium est. Atq; sinere ipsum diutius hic illos uolutari, quò reddantur magis probati. Tribulaciones ad extreum grauiores quoq; fieri, sed tum præsentissimum adesse auxiliū domini. Quapropter afflictiones nemo non libenter suscipiat, feratq; propter Dcūm, et propter euangeliū filij ipsius. Tametsi enim carnem, imo et animum uexant grauissimè, efficiunt tamen, ut si patiēter sustinuerimus, spes formetur in Deum, que non cōfundit. Addit Matt. c.1.14. Petrum post petitionem uocatum à Christo è nauī exiisse, et pariter ambulasse super aquas, quo usq; territus à uehementia uenti cœpisset demergi. Clamasē tum, domine serua me. Iesum continuo et subuenisse, et exiguitatem fidei in eo corripuisse. Hoc uero, quid aliud est, quam quod initio diximus, in tempestatis mundi, quoad respicimus ad dominum, gradimur super seuisima quæq; statim ubi declinamus oculos fidei, hoc est, magis formidamus quæ mundus infert, mergimur. Et nisi restituti nobis ad dominum redicerimus, actum est de nobis opprimimur enim à tribulationibus, et in desperationem præcipitati perimus. Cōtra fit, si quamvis pusilla fide, dominum inuocauerimus.

Continuo

Continuo agnouerunt eum.

Videtur Christus aliquandiu peregrinatus esse, nam uerbum hoc habet, tanquam diutius ipsum non uiderint. Adferunt igitur male habetes in grabbatis, in ciuitatibus, & uicis, & uillis ponunt infirmos in plateis, ut prætereuntes fimbriam saltem tangere liceret, et salui fiebant omnes, quotquot tetigerant. Perniciose aberratum est hinc, & ex alijs similibus locis, dum conſyderauimus solum hoc, quod oculi uiderunt, & sensus perceperunt. Huc enim mox deuenimus, ut putauerimus in fimbria domini suiſſe uirtutem sanandi, cum à fide hæc ipsa & bonitate Domini promanarit. Quod autem foris est factum, ad solatum miseræ carnis pertinuit.

CAPVT SEPTIMVM.

Et cum uidiffissent quosdam
ex discipul:

HYPOCRITARVM proditur hic superbus animus admodum clarè. Dum enim uideri uolunt esse boni, & religiosi uiri sua iactant, scq; in his comparat alijs, ubi quidem inuentis, que pro carnis ratione, non nihil precllunt, protinus contēnunt, quos impares inueniunt. Quemadmodum hic faciunt: non cogitantes, quam sint contempta

tempta, quibus ipsi se tollunt, non respicientes ueritatem cordis in alijs, & opera uerè sancta, ut pote ex corde pura nata. Parua, & quæ nullo negotio fieri possunt magni iudicant, uerè bona et apud Deum, & pios omnes negligunt, id quod & hic, & alibi Christus docet, colantes culicem, camelum deglutientes. In horum locum, si non totus successit Papismus, mendacia sint, quæcunque hactenus sunt dicta. Quamobrem mirum, quosdam esse hodie in hac sententia, multa quidem inesse prava, & erronea Papisticæ religioni, quæque si non emendentur, damnnum sint datura, sed non propterea totam eius sectam, ueluti non institutam à Domino, destruēdam, ac abolen- dam esse. Quid habet enim quod à pietate posset com- mendari, nisi speciem in quibusdam bonam? Eduerso an non caret omni gratia uerbi dominici, etiam in his, quæ pro summis hactenus, & ad salutem necessarijs uen- tauit? Quid est enim pietatis in missa, quam Papismus tamen uendidit hactenus, & adhuc uendit pro peccatis uiuorum, & mortuorum? ut taceam de alijs ceremo- nijs. Quid hinc Deo honoris, quid utilitatis homini pro- uenit? Imò quid non inde de honestamenti & Deo, & Christo eius? quid non damni miseris animabus homi- num? Honor Dei, & filij eius est audire sermonem Do- mini, & custodire, atque tantus quidem honor, ut qui sic fecerit, habeat uitam æternam, nec ueniat in condemna- tionem, sed transferit à morte in uitam. Quid tale in missa?

IN MARCI EVANG. EXPO. 79

missa? ubi sermo Christi auditur, et creditur patri
salutem in sanguine Christi pollicentis? Dein utilitas ho-
mini est uel ex bonis nostris, quibus necessitati paupe-
rum subuenitur, uel ex prædicatione uerbi Dei per quam
cibus confertur animabus. Nunquid missa quid eius mo-
di præstat? Nec loquimur hic de abusu missæ, sed de eo,
si omnia fierent in speciem quam rectissimè, id est, si ne-
mo ad auariciam, si nemo ad uentre, et uoluptates hac
ceremonia abuteretur, si laycis non esset ipsa, quod est
nempe flagitorum fomes, ita tamen habet, quemadmo-
dum diximus. Quamobrem non solum papismus abolen-
dus, si fieri posset, totus, sed etiam conculcandus, et obru-
endus rudere, et stercoribus, ut solent, quotcunque nolu-
mus, ut lucem propter maliciam nunquam deinceps ad-
spiciant. Verum domini est abolere Antichristianos, non
nostrū. Igitur, quia pharisæi, et scribæ quidā ob patrum
decreta sibi placentes superbiebāt, incusant discipulos do-
mini, quod illotis manibus, quas cōmunes uocat Mar. ut
et communes cibi dicuntur ab Hebreis, ederēt, ipsi enim
multò aliter solabant agere, lauabāt à foro uenientes ante-
quam comederent tanq; cōtaminati, non semodò, sed et po-
cula, urceos, et ramēta, lectos suo quidē tēpore, existimans
tū se quoque purgatos esse stulta qđem opinione. Non
dūt curabant interea, ut corda purificarent per fidē, sine
qua purificatione, quod ipsi fecerāt, non solū nō erat uti-
le, sed plurimū nocebat, quantūuis ab eo sese aestimarent.

Inquit

CAP.VII OSVALDI MYCONII

Inquiunt ergo: quare discipuli tui non ambulat iuxta traditionem maiorum? Quid non dicunt potius secundum legem? Namrum quia tale nihil erat in lege. Et æquabantur, quod pertinebat ad observationem patrum decreta legi, si non præferabant. Quid hic dicemus? an non idem per omnia fit hodie? an non præhabemus decreta patrum, instituta pontificum, dogmata simul omnium diuinis literis? Videlicet nihil non sub ecclesiæ titulo, etiam si ad eam nihil pertinet, immo etiam si ecclesiæ sponsæ domini prorsus repugnet. Sed ita fascinantur hoc nomine simplices, ut dum imaginantur sponsam Christi non aberrare posse à spōso, proponitur autem error aliquis per manifestam scripturam, dicat potius uel scripturam non intelligi; uel eam deprauari, quia ecclesia non possit errare.

Bene uaticinatus est Esaias
de uobis.

Tales estis, quales uos depingit Esa. ca. 29. ubi dicit. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me, &c. Deū habetis in ore, iactatis legem, & prophetas, interim nihil minus curæ uobis est, ut sequamini, quam quod iactatis. Decretis autem hominum tam incombitis studiose, ut ne apicem quidem excidere sinatis. Insignis certè locus contra humanas traditiones, que grasantur in conscientias hominum: quæq; prorsus ab homine sunt, nulla occasione ex literis diuinis accepta.

Quoties

Quoties ergo his uexat ueluti iniecto laqueo, nō est illis
standum: Papa mādat, ne quis contra se suaq; decreta uel
cogitet per excommunicationem. Quid uero, si iſlī hæc con-
scientiam onerant, contra præcepta Dei: an scrupula? Si
poteris liber ab his fieri, magis utere. fit enim, ut per ty-
rannidem cogari iugum iſtud ferre, quem admodum ho-
die uidemus, nam tunc quidem agendum, quod cozeris,
modo conscientiæ libertatem apud te ipsum, & Deum
conserues. Id quod addimus, ne quis putet, oblitū me uer-
borum Christi, quibus dicit: Qui me confitabitur apud
homines, confitebor ego ipsum corā patre, &c. Præterea
constat ex hoc loco, quām ex doctrinis hominum, et præ-
ceptis Deus nec uelit, nec posſit coli. Quis enim homi-
num nouit mētem Domini, ut constituat, quo uelit ipſe co-
li, et uenerari? Ut enim nemo nouit, quæ sunt hominis, ni-
ſi spiritus hominis, ita quæ sunt Dei nemo nosſe potest,
niſi spiritus Dei. Inſaniam itaq; necesse est esse, quod ha-
ciliens ita delituimus, quām latè patet nomen Christianum,
in decretis hominū, Deum inde colentes, salutemq;
uenantes, oblitū loci huius, quem tamen quotidie in mani-
bus temuimus, oculis sumus intuiti, & ore legimus. Imò
adhuc hodie pro iſtis pugnamus ueluti pro aris, quod di-
citur, sed maiore proſectō iactura, postquam ueritas per
gratiam Dei tam benigniter est nobis concessa. Caueant
uiri feroceſ, & impij, nam pugnare contra rem adeo con-
fessam, quid aliud pareret, quām condemnationem gra-

H. uirg. manu

CAP.VII. OSVALDI MYCONII

uiſſimam? Non enim iuuabit olim clamare: Ecclesia influit, sancti Patres tenuerunt, in concilijs ita sancitum est: Ni dicere queas, ergo, Dei uerbum, Christi euangelium, apostolorum spiritus, qui Christi est, ita docuit, quam obrem sequutus sum, uerè perijsti. Cur autem non possit coli præceptis hominum Deus, subdit: Nam omisso præcepto Dei, tenetis cōstitutiones hominum. Præfertis quæ uos iustiuitis, contemnitis quæ statuit Deus. Vbi talis est animus, qui quidem suam uanitatem præponit ueritati diuinæ, non potest certè uerus esse cultus Dei, etiam si propter hunc omnia fuerint instituta. Homo uanitati similis factus est, imò uniuersa uanitas, omnis homo uiuens sed et mendax est. Quid igitur in uero cultu Dei consti-
tueret? Sed hic dum exiūmat, nescio quæ magna se sta-
tuisse, tam sunt stulta, et prorsus imania, ut humanus pro-
pemodū sensus queat pro nihilo ducere. Ut hoc loco, ab-
lutiones urceorum, et poculorum, aliaq; his similia mul-
ta. In papismo ceremoniæ simul uniuersæ, uestes religio-
ſorū et omnia quæ in cultu Dei, diuorūq; sunt erēcta. Hæc
etenim omnia, si contuleris ad fidem, et charitatem, iam
non ſolum contempta reddūtur, sed etiam abominabilia.

Bene, reiſcitis preceptum Dei.

Taxat grauiter Iudeos, et probat manifesto exem-
plo, quod reiſcerent præcepta Dei, ut suas constitutiones
erigerent. Videtur autem illud, bene grauem ironiam ha-
bere

IN MARCI EVANG. EXPO. 78

bere, ut quæ cōtrarium sensum innuit. Non enim adprobat, quod reiacerent, sed diserte arguit. Inquit ergo. Moses dixit. Honora patrem tuū, &c. Ecce præceptū Dei, quo Moses iubet dictante Deo, parētes honore nos proseq, et pietate uenerari, utpote genitores, educatoresq; nostros, & qui sollicitudine perpetua de nobis uexati, nunquam curis fuerint uacui molestissimis. Iudæi autem dicebant. Si dixerit homo patri uel matri, corban, id est, donū quodcunq; ex me, in tuum cedet commodum. Vnde patet sic Pharisæos docuisse, donaria quidem esse templis offerenda: Ex quo ad oblationes uchementer adliciebantur homines, ut sumus proni ad nostra, etiam apud Deū, quærenda. Inde tunc siebat, ut parentibus à liberis quid pententibus, illud diceretur. Donum, quod obtulit ēplo, etiam tibi erit utile. Hinc factum igitur, ut parentibus dehonratis, uolaretur de ipsis honorandis mandatū Dei. Quia propter inquit Christus: Et non sinitis eum facere quam patris suo, & matris suæ, & irritum facitis uerbū Dei, etiam si non prohibeatis palam. Nam dum traditionem uestram statuīs, mandatum Dei destruitis: adeo nanque misera est humana cōditio, ut mox hūc declinans, quæ Dei sunt per negligentiam prætereat, uel saltem in humanis scrutatis existimet etiam diuina seruata esse. Tales quidem natura sumus omnes. Nostra nobis magis placent, dumq; per ea nostra querimus multo libentius, fit, ut quæ Deus tradidit abijciamus usque ad contemptum.

H 2 An opus

An opus habemus exemplis, dum ecclesia Papæ manet:
 Quid enim videre est hic, quod dum est ex homine, non
 præferatur mandatis Dei? ante omnes ab eis, qui doctissi-
 morum, & sanctissimorum gestat titulum. Quamobrem
 opus est certè, diligentiam, fidei q[ui]oq[ue], sinceritatem adhibe-
 mus in orationibus nostris, si quando possimus impetrare
 à Domino naturæ tam miseræ emendationem. Quod
 adtinet ad orationis structurā. Si dixerit homo patri uel
 matri, &c. sensus est imperfectus, quare subintelligendum
 est, uel Eras. admonente, satis est, aut simile quidpiam.

Audite me omnes, &c.

Capit ansam (ut patet ex Matth. his uerbis: Cæterum
 illotis manibus capere cibum, non inquinat hominem) ex
 his, quæ acta sunt (ut alibi sæpe) populum docendi, quod
 hactenus fuerat inauditum, habuerunt enim mandata Iu-
 dæi super cibis edendis, & non edendis, que hoc Christi
 sermone ueluti abolentur. Captat autem statim initio be-
 neuolentiam, immo dociles reddit, dum omnes hortatur ad
 audiendum, & intelligendum, poterant enim inde facile
 uidere magnum esse, quod erat dicturus. Et profectò ma-
 gnum est nosse, quod nihil foris intrans in hominē, ipsum
 coinquinet, sed quod de homine procedat. Pertinet enim
 hoc, ut intelligamus neq[ue] cibum, neq[ue] potum, neque quid-
 piam aliud, contaminare posse, unde nullus etiā cibus, aut
 potus prohibitus, modò sumatur cum gratiarum actione.
 Contaminat autem quod ex homine procedit, ut male co-
 gitationes

gitationes, adulteria, supra, &c. Rationem reddit utriusque partis, postquam à discipulis fuerat rogatus de parabolâ. Nam quod foris intrat in hominem ideo non coinqusat, quia non intrat in cor eius, sed in uentrem, & exit insecessum repurgans omnes escas. Cæterum quod exit ab homine, cōtaminat, nam exit ex corde, quales sunt male cogitationes, fundamentum omnium flagitiorum, uix enim flagitium perpetratur, nisi præcogitatum, nisi cor dis cōsensu. Numcrat grauiora, ueluti sunt adulteria, crimen plus quam notum, ut quod ideo uix hodie inter grandi opera peccata censemur. Supra, que committuntur in casu, cum quibus iniure matrimonii nō licet. (Græcis est, πρυταιæ fornicationes.) Homicidia, furtæ, auaricia, fraudes, his utimur in auaricia, dum fallimus ad eam exemplâdam. (Marcus græcè dicit πονηρiae calliditates cum adiuncta malitia, quibus homo quod suū est querit.) Dolus, peccatum, quod tentat etiam imponere Deo. Impudicacia, que est intemperantia circa tactum, oscula, & quecumque sunt ueneris. (ἀσελγεία vocant Græci, atrocem petulantiam &c. Quamvis et impudicitiam significet:) Malus oculus, uel inuidus, uel intemperans, Theophylact. Conuicia, superbia, stulticia. Conuicia quidem contra Deum tendunt: Superbia contra Deum & homines. Stulticia contra proprium possessorem.

Et inde surgēs, abiit in conf.

Causam cur hinc digressus sit, aperit Mat. 15. Nouerat

enim ex dicto sermone Iudeos offensos esse: quia ergo ueritatis doctrina parum promoueret, abiit in confinia gentium, factio docens, futurum, ut ueritatis omnis uis à Iudeis auferenda foret, dandiq; gētibus. Ingreditur autem domū tanquam latere uellet, forte propter Iudeorū maleficendi petulantiam. Verū latere non potuit. Tā diligenter obseruabatur ab agrotis, salutem corporū expetentibus. Quidni ergo anima cōueniat in ualidæ propter peccata, sic obseruare curatorem suū, præseri im cū præter huc non sit aliud? Non est enim aliud nomen datum sub cœlo inter homines, in quo nos saluos fieri oporteat. Act. 4. Sed nec à Deo patre missus fuerat, ut lateret, nec ipse propterea descenderat. Vnde satis patere uidetur Iudeos fuisse in causa, cur simularet latere se uelle.

Mulier enim ut audiuit de eo, &c.

Brunius Marcus, pluribus Nat. hāc historiam describit in primis utilem. Continet enim Christū non solis uenisse, quamuis his primo. Deinde autem ut Christus per dissimulationem elicuerit fiduci mulieris huius magnitudinem quis Græca esset. Præterea precum rationem, quod adtinet ad exauditionē Dei. Et tandem fiduci naturam constantiam, et effectū. Quod enim et ad gētium salutem missus sit Dominus, abndē cōprobat disputatione cum muliere, et sanatio filiae eius. Erat enim mulier Græca, id est gentilis. Et erat Syrophoenissa genere ab regione, quo Syrophoenicia dicebatur. Hæc impulsa ex filie miserimo morbo

rimo morbo habebat enim spiritum immundum proga-
bat Iesum magno haud dubie cum affectu, & fide, ut dæ-
monium eijceret. Christus uero apud Matt. primo di-
mulat se audire, adeo ut ad intercedendum mouerentur
discipuli: Amitte illam, quia clamat post nos. His autem
respondet aliquanto severius: nō sum missus, nisi ad oues
perditas domus Israël. Ceterum quod reprehēit disci-
pulos, non reprehēit mulierem, uenit enim, & adorauit,
dicens. Domine succurre mihi. fides namq; non permis-
erat, ut pusillanimis fieret, quod discipulos severius reie-
cerat Christus. Ex quo uidemus preces, si fide fundun-
tur, non desinere, ubi nō statim cōpos redditur quis uoti.
Inquit igitur Christus: Sine prius saturari filios. Ex qui-
bus uerbis non nihil spēi poterat concipere Syrophœnisi-
sa. Prius enim audiēs, respiciebat ad posterius. Addit p̄t
terea dominus admodum duriter. Non est honestum, aut
commode, oū γαρ καλὸν, sumere panem filiorum, id
est, beneficiū quod Iudeis debetur, & proīcere catellis:
ethnicis inquam, è quibus et tu es. per οὐθολογίαν sic uo-
cat et Iudeos, et gentes: illos quidē filios, hos uero canes.
Scriptura namq; filios Iudeos s̄a pe adpellat. Iudei quod
gentes habebant exosas, uocitabāt canes. Hic illa iam de-
nuo, et palam repulsa non solum non cedit, sed agnoscens
misericordiam, sc̄q; merito catellam uocari, magis humiliter
precatur. Verum est quod dicis, panis non est dandus ca-
nibus, qui filiorum est, sed de misericordia istos saturari

H 4 quodam

quodammodo nemo est, qui inuidet. Non igitur peto nunc totum te, qui beneficium es Iudeorum, sed partem quan-
dam tui, uirtutem inquam diuinam, mihi cognitam, qua
sanctus filius meus. Noui etenim quod id ualeat, modo ue-
lis. Ecce præcum constantia, et Christi dissimulationem,
qua uoluit nihil aliud tamquam ut ueluti cogeretur iam
tandem exclamare: O mulier, magna est fides tua, fiat ti-
bi sicut uis. Et hic: Propter istum sermonem uade, exist
demonium à filia tua. Ut est enim sermo nuncius quidam
cordis: ita hic sermo nūcius erat fidei Syrophænissæ. Re-
dixit ergo dominus, et inuenerat filiam iacentem super le-
cho, liberatam à dæmonio. Apud Mat. intercedunt, ut di-
ximus, discipuli, sed repelluntur, mirum igitur, quomodo
Romanensium incogititia sanctorum intercessionem
inde conetur adstruere. Licet hinc discere uim adse-
ctuum nam ita mentem obtenebrant, ut etiam lux ipsa non
uideatur. Exempla si non sunt hodie, nunquam fuerunt,
presertim inter doctos, quos nominatim dicere possem,
sistic conduceret.

Et rursum egressus de fini-
bus Tyri,

Hoc miraculum solus Mar. recenset. Sanat Christus
fursum, οὐογιλαληγού uix loquentem, ut transiit per
medios fines decapoleos. atq; id aliorū intercessione, hoc
est, aliena fide intercedente, επαρua nūmirum, preca-

IN MARCI EVANG. EXPO. 84

tur enim, ut imponat manum Christus surdo. Obtemperat hic, sed uide quomodo. Seorsim abducit à turba: mittit in auriculas digitos: sputo emissō tangit ligiam: suspirat in cœlum ingemiscens: et dicit Ephata. mox ille audit. Et recit loquitur: Christus uero p̄cepit, necui dicant. At illi nihil minus quam obtemperant, tantus erat super hoc miraculo stupor. Principio coniecturam facit, quod surdus fuerit ē finibus Decapolis, quia Christus hāc trās̄iit, & fides adducentium non erat ita magna, superius enim rogarant Gadareni, qui sunt in his finibus Christum, ut à se discederet. Tū habuerūt discipulū, Christiq; apostolum à crudelis; demone illo liberatum, qui dum sūt liberationem p̄dicatorat, magnificeratq; Christi beneficia, non nihil incusſit per rei magnitudinem & admirationis, & fiduciae, imperfecte tamen, uerum quam Christus non reiecit. Sit fides in nobis igitur quamvis pusilla. Et recit nobiscum agetur, crescit enim postquam iacta fuerit, ut semen sinapis, quemadmodum alibi satis dicitur. Abducit autem à turba minus fidente: & multis agit cum surdo: non dubito, quin ut eos in maiorem coniūceret stuporem, postquam effectum uidissent tam mirabilem. Quod facile fit enim, quamvis sit ingens ac arduum, non adeò miratur stultitia carnalis ut quod fit labore & adparatu quodam. Sed quirt tandem hoc agit modo: mittit digitos in auriculas, &c. Adtemperat se, quod ferre diximus, sic fidei illorum. Tum etiam, ut doceret uirtutem

CAP. VII. OSVALDI MYCONII

tutem carnis sue, qua cognita precium eius apud patrem
pro nobis facilius conciperemus, & crederemus. Dui-
nitas enim filij Dei sic se carni, quam Christus à matre
virgine accepit admisit, ut quamvis naturae sue nihil
poenitus amiserit, quæ admodum nec potuit quidem, um-
& uirtutē dederit faciendi miracula, sanandi morbos, et
abolendi per passionem peccata nostra omnia. Virtutis
huius itaq; gustum per contactum eiusmodi Christum no-
bis exhibere uoluisse, quis dubitare potest? Ergo nulla ca-
ro, nullus sanguis, quantumuis sanctus, quantumuis spi-
ritu Dei mundificatus, parē uirtutē naetus est, quod nulli
se ita copulauit, quod est diuinū in unā cū ipso personam,
ut cū Christo uero Deo, et uero homine. Nā et si diuina uir-
go dominū habuerit secum, benedicta fuerit, spiritu Dei
repleta, nō tamen Dea fuit, nec Deus, sed homo. Christum
ergo uerè contemplantes, agnoscamus precium sanctissime
carnis, præciosissimiq; sanguinis eius, et credamus suffice-
re pro peccatis omnium apud patrem, qui ipsum receperint,
quicquid Papa reclamat, quicquid mundus intet, quic-
quid minentur arma desperatorū, ni malimus cū his con-
demnari, quām cum fidentibus æternum uiuere. Sussicit
præterea in cœlū dominus ingemiscens. Quo quid aliud
quām dolorem super miserū illum docet, tum salutem o-
mnem esse à Deo precandam. Misericordia itaq; discamus
à domino erga proximorum miseriā, tum impetrare
per preeces à Deo, si uolumus illos esse saluos. Inquit aut̄,
ephphatia

ep̄b̄ta, quod interpretatur Mar. aperire, imperande modo, atq; mox aperte sunt eius aures, & linguae solutum uinculū, non quidē uirtute uerbi propriè loquendo. sed uoluntatis diuinæ, quā uerbū ipsum expresserat: uerborum enim nō est per se, nisi significare. Nā etiā si Christus tacuisse, uoluisse autem sanare surdū hunc, per uoluntatē eius sanitatem recuperasset. Qui diuersum sentiunt, ut Papistæ non absimiles sunt eōgnosōis nānorōcōuōvōv, qui characteribus, & uerbis uim tribuunt tantam, ut hos in bullam uitream includant uel inuitos.

Et præcepit illis, necui dicerent.

Præcepit uel serio, uel non serio. Si illud, nimirum hue respexit, quod non est omnium recte, & pro gloria Dei facta diuina commemoratione. Quærunt alia per eorum cōmemorationem, alijs pro uarijs adfectibus, pauci gloriam, quæ unicē querenda, Dei. Lā hæc ubi negligitur, praestat beneficia illata cuiusse, quam diuulgasse ad usum aliquæ peculariem. Tū eū modi sunt, apud quos profunduntur, interdū, ut hoc sit margaritas proiecere ante porcos. Quod quā nō ueli Christus, Matt. 7. satis demōstratur. Si nō serio, docuit plane, quā ubiq; præsertim autē in bonis et admirādis actionibus, Deum querere, nō aut nos ipsos debemus. Imo et nosse hæc ipsa à Deo esse omnia, nō aut ab homine. Deinde autē præstare, ut facta q; uerba diuulgēt, quod est recte factū ab aliquo. Rei uero, id est ex cōplo

non negligendæ, præsertim cum non sit adfectus alius in homine uchementior, quam cupiditatis gloriæ, cumq; sola Dei gloria sit nobis nullibi non petenda: nā bona agenda, mala fugienda propter solam eam gloriam. Quod si fecus actū fuerit, iam nihil est, quod est factū, apud Deum, quantumuis in oculis nostris splēdeat, imo & peccatum est, etiamsi nos uirtutem maximam esse iudicemus. Ut igitur priorem expositionem nemo prudens reiicit, ita posteriorem non credo displicere cuiquam, nam utraq; & pījs, doctisq; uiris proponitur hodie. Sed quid illi tādem, quibus prohibuit, necut diceret? Quo magis, inquit Mar. ille eis præcepit, hoc potius amplius prædicabant, forte quia tantopere stupebant, quis enim conineret miraculum tantum, præsertim cum ipsum per se latere nequeat? Sed interim nō ineptè uidetur prædicasse, quia sequitur:

Bene omnia fecit, &c.

Kælōs recte, perfēcte, nā uix dubito, quin ex admiratione & amoris fit consequitus, ex amore prædicatio illa, quamobrem non uidco, uituperando illos, quod non obtemperarunt præcepto domini. Etcnī si laudem eius magnificatam uoluerunt, nihil minus quam peccarunt. Quod autem id uoluerint, uerba hæc satis clare demonstrare uidentur. Verum ita præceptum domini & Mky. pīnos esset accipiendum eo modo, quo diximus.

In diebus illis, cum turba admodum, &c.



ISE RICORDIA motus iterum Dominus super turbam in solitudine secum uersantem, eam cibo reficit, dein dimitit. Vnde patet, quam ubiq; sit Christus sui similis, id est, perpetuus benefactor, corum præsertim, qui ipsi adhæscrint, etiam in solitudine, hoc est, ubi uidentur omnia, que sunt necessaria, perijisse. Ut enim is est per diuinam potentiam suis ubiq; præsens, ita non potest eis aliquid deficere, ubicumq; tandem sunt, et in quibuscumq; periculis. Fames quidem telum grauiissimum, sed habet hinc virius, ut eam non timeat, cum nouit prouisorem tam misericordem, certum, et potenter, cibos enim producit, et auget inter homines distributos, id quod hic docet. Probat autem hodie, et semper nihil minus, quamuis non animaduertant ingrati. Quod certè nobis est olim cœsurum in magnum malum. Homo dum pascit, non potest id beneficij satis extolli, agimus gratias tanta uerborum popa, fatemur nos omnia debere, promittimus nihil non facturos ad compensandum, agimus mira. Dominus uero cum nos pascat hodie, et semper, non solum non referimus tale aliquid, sed sic cibo, potuq; abutimur, ut conuicijs interiori

cij s interim agamus aduersus cum, et adficiamus uelut
meditata ignominia. Voramus, et ingurgitamus praeter
necessarium, atq; hic nullus est modus, tum etiam effundemus,
et perdimus nihil minus, sic spoliamus pauperes,
quibus per illa debebat esse prouisum. Non mirum igitur
quod fames perpetuo regnat, magis mirandum, quod lon-
ganimitas Dei non grauius aliquid immittit, ac pernicio-
sius. Qui fidem igitur euangelij profitemur, aliter simus
animati, sumamus omnia cum gratiarū actione tēperan-
ter, et quantū satis ad uitę sustentationē, pauperū semper
memores, tum fiet enim, ut nulla sit nobis cura necessaria
de cibo, et potu, ut nec est uolatilis cœli: pater enim cœle-
stis, ut illa pascit, ita suos pasturus est hic, et in eum.

Misericordia tangor, &c.

Præmunit discipulos hoc uelut exordio ad miracu-
lum quod cōstituerat, ne, quia rudes adhuc, cogitarēt plus
satis esse prodigum Christum cibi paucissimi, quem iam-
dum habebat. Quapropter inquit, misericordia tangor,
causas plus quam probabiles adducens. Triduo manent
apud me, cōsumptisq; quae secum adulterūt, non habent
quod edant: et quia quidam elonginquo aduenerunt, si
sic dimisero, deficient (quod nolim) in via. Tam uero di-
scipulorum incogitantia super diuinitate Christi fuit in-
gens, ut nihil de quinq; panibus paulo ante distributis in
tot hominum millia subcurreret, quā obrem interrogant-

Vnde

IN MARCI EVANG. EXPO. 84

Vnde istos quis posset saturare panibus in solitudine? Miserum profecto ingenium humanum tam esse inceptum, ne quid dicā grauius, ad diuina. Tot iā uiderant discipuli mēracula diuini: atē Christi potenter cōtestantia, imò acceperant à patre, ut confiteretur esse filiū Dei, atq; sic crederet, nihilominus carnis miseria, et nescio quæ ruditas tam abstrahit, imò impedit mentē, ne ad diuina condescendat, ut hic discipulis non ueniat in animū, quod modo faciū erat. Verū diligenter licet uideamus facilitatē Christi in cōtolerandis, quō similiter et nos agamus, quibus est aliquid ē cōcelo datū gratiæ, erga rudiores ad diuina recte dispēsa da. Donec enim ruditas fuerit, nō malicia, seu impietas, etiā si multis ea durauerit annis, nō uideo Christi uestigia nō hic esse sequēd̄. Quod dicimus propter eos, qui nimis sunt ad excomunicandū eos, qui per conscientiam dicunt, se quod proponitur, nō capere, præcipites. Præsidū enim ecclesiariū lucrifacere Domino, non perdere. Dū tales igitur de pertinacia nō possunt traduci ex his que uita eorum quotidiana præfert, ipsi autē de sacramētis (ut fit) capere nō posse quod dicitur per conscientiā testātur, quid facies aliud, q̄ quod facit hic Christus: modo nobis hunc esse salutem unicam confiteantur cum discipulis, nam sic ex corde confiteri, non est hominis à Christo prorsus alieni. Rogat de panibus Dominus, ut supra. quorum numero cognitio iubet turbā discumbere super terram, accipit eos nō tūxepisēp, id est, gratias agit. hoc enī significat

CAP.VIII. OSVALDI MYCONII

significat δικαιοσεῖψ, non autem consecrare. Sic alibi quoq; accipitur, ut Matt. 26. & Mar. 6. Præterea fregit, deditq; discipulis. Vcrum inquis, quur non ipse potius distribuit? Num irum ut discipulis, quod fiebat, magis magisq; insidens documento foret, quicquid deinceps dominus esset commissurus, ita distribuerent, ut acceptum ab eo. Tum etiam ut homines illud idem exciperent à discipulis, ceu datum à domino. Quod quidem si diligenter obseruassemus, neq; miracula, neq; uita discipulorū tam sōgē nos à domino fecissent aberrare. Nō quod error sit uel in miraculis, uel in uita, sed in nostra malignitate omnia secus quam cōueniat, acceptate. Fecit utruq; ut pro diis sanctos illos uiros coluerimus, quod aliter haberet, si quae fecerūt sancte, uirtuti dei, & spiritui sancto retulissent accepta. Cæterū cophini septem fragmentorum sublati, cum superius duodecim fuerint, quid aliud putabimus significare, quam deum omnia posse, prout facit libitum? Pauco uidelicet cibo multos & quæ cibare, ut cibo multo. Deinde efficere ut multū, seu parū ex multo cibo superfit. Virtus etenim dei est, quæ nos pascit: externalia, quæ nobis exhibet, eius uirtutis sunt ueluti sacraria.

Et mox ingressus in na=
uim, &c.

Quod Marc. dicit, in partes Dalmanutha, Matt. ha-
bet in partes Magdala, uel secundum quosdam Mageda.
Non

IN MARCI EVANG. EXPO. 8;

Nō inuenio locum hunc à quopiam explicatum. Certum
est tamen eandem plagam ab utroq; designatā: & quam
uis Maglam quidā pingant citra lacum Genæzar, vide-
tur ex Mar. patere sitam ultra lacum, scribit enim: & re-
latis illis, ingressus nauim rursus abiit, traieclo lacu, &
non longè postea uenit Bethsaidam, nimirum pedibus.

Quærentes signum ab eo
de coelo.

Matth. hæc apertius habet. quamvis & hic noster ad-
dat, quod ad ueram intelligentiam rectè pertinet. inquit
enim: tentātes cū. Quod igitur faciūt Pharisæi, & Sad-
ducæi dogmatis alioqui ualde dissidentes, tentatio fuit,
atq; adeo falsus, & mendax animus. Dum enim nihil ua-
lerent contra Dominum pro suo uoto per ueritatem age-
re, signum petunt, non quidem in terris, eiusmodi namq;
multa iam uiderant impij, & increduli, sed è cœlo: ut ui-
delicet aut solem sisteret, uel lunam, aut flumina deduce-
ret, aut immutaret aërem, ut Theophil. scribit. Quod si
dedit, inuenissent protinus, quod essent calumniati,
ut pote quibus non satis erant, suscitare mortuos, et eiſce-
re dæmonia. Sin aliter, clamassent cōtinuo, hominem non
esse Dei, nō prophetā. Christus itaq; sic agit cū eis, ut &
tacere, atq; interim pudore perfundi cogeretur. Ait ergo
apud Matt. 16. Cum cœperit esse uespera, dicitis, sereni-
tas &c. Et subdit: Hypocritæ, faciem cœli scitis dijudica-

I re, signa

CAP.VIII. OSVALDI MYCONII

re, signa uero temporum non potestis? Illa uidelicet, ex quibus uoluerat Ioannis discipulos perdiscere quis nam esset. Matt. 11. Luc. 7. A difficultiore itaque, & incertiore ad facilius, quodque fallere non potest, argumentatur. Signa nescientia coeli non semel frustrantur, cum ea, quae hactenus fecerat Christus palam, indicarent Deum esse cum eo.

Et cum ingemisset spiritu suo,

Tamen doluit propter illorum cæcitatem. Et profecto miserum est, hominem adfectib. suis ita excæcari, ut non uideat, aut intelligat, quod luce clarius est. Hodie cum dico, Christus inquit. Quicadmodum Moses exaltauit serpente in deserto, sic oportet exaltari filium hominis, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam æternam. Tu infero, quod Christus dicit, quia uerum est, non opus habemus alia ad salutem oblatione, modo credamus: quare missa Papalis, in qua Christum offerunt isti, nulla sit oportet. tam est obsecratum, quicquid adhaeret Papæ, ut prius heresim interpretetur quod dixi, quam ueritatis manifestiss: recipiat testimonium.

Cur generatio hec signum querit?

Cur tam est cæca: cur non credit eis potius quem tam multa iam uidit: cù nihil de me certius queat testificari? Opera enim, quæ mihi pater, inquit, dedit, ut perficiā eas, ipsa inquam opera, quæ ego facio, testificatur de me, quod pater misericorditer me. Io. 5. Matt. uocat generationē prauam, & adulteram: prauam quidem earatione, quia uocat etiam hypo critas,

eritas, et quia tentauerant. Adulterā quod degenerarant
à pijs maioribus uelut adulterio nati, quamobrem
ipſi fornicarentur à Deo.

Amen dico uobis, si dabi-
tur gene.

Q.d. Non dabitur Mos loquendi Hebr.e: Est autem
ſensus, non dabitur generationi huic ſignum, cui uidelicet
credit. Nā poſte a multa adhuc ſigna ſunt data, uerū nullē
crediderūt. Addit Matt. Niſi ſignū Ione prophetæ, id eſt,
Christi et mortui, et à mortuis excitati, cuius rei qdcm ty-
pus fuit Ionas. Huic etenim ſigno qui nō crediderit, nul-
li crediturus eſt. Imo etſi crediderit, fruſtraneū eſt, dum
modo nō credit Christū mortuū propter peccata noſtra,
ac reſurrexiſſe propter iuſtificationem noſtri. Ro. 4.

Et relictis illis, ingressus rurſus.

Apud eos lubens conuersatur dominus, à quibus fru-
ſum ſperat gloriæ patris. Apud reliquos non, niſi dū ex-
probrat flagitia, ſeu docet uoluntatem Dei, ut uacent in-
credulitatis excuſatione. Trans nauigat igitur, iterum in
eum locum ueniens, unde pedibus ierat Bethſaidam. Ex
quo illud, quod de Dalmanutha dictum eſt modo, clarius
innotescit, patet enim Dalmanutha fuifſe in ea parte la-
ci, in qua eſt Bethſaida.

Videte & cauete.

Græcis eſt ὁ γῆτε, Βλέπετε. qua formā loquēdi et nos

utimur nostra lingua, dum cauendum esse uolumus significatum. Tribuit autem iudicandi facultatem dominus suis de doctrina falsa, quod est admodum notandum, mea sententia: nam si male docentem audiuerimus, atq; ita fuerimus seducti, quis nam culpandus hic? an qui nos docuit? Non caret is quidem culpa: uerum qui doctrinam non iudicauimus, magis culpandi. Cæcus enim si cæcum duxerit, ambo cadet in foueam, non qui duxit solus. Ceterum fermentum est alibi euangelium, ut Matt. 12. Alibi peccatum. 1. Cor. 5. Hic autem doctrina phariseorum, et hypocrisis, ut etiam Luc. 12. Quod additur uero de fermento Herodis, quidam putat idco factum, quod ille iam esset in phariseorum sectam pertractus. Quidam, quod placet, existimat iusticiam quamvis externam significari, etiam si ea non sit ex legis operibus, ut phariseorum, qualis est iusticia quoq; gentium. Vide si quicquid monachi, & alij, quibus titulus fuit hactenus religiosorum, fecerunt, non sit fermentum pharisaicum. Ex quo tamen illud consequitur ut iam dominantur super omnes principes orbis. Imò cogantur hiscriuire & esse carnifices eorum: utpote quibus abutuntur ad occidendum omnes, qui uerbo Domini, quam hominum commentis circa religionem malunt obtemperare.

Disputabant inter se, &c.

Videmus mentem hominis ad diuina percipienda plenè nihil

ne nihil habere virium, ni Deus lumine suo redaccendat.
 Reclament philosophi (Theologos sophistas dico) ad rā
 um usq; non proficit tamen, dum exemplum discipu-
 lorū rudium toties oculos constituitur, qui præceptio-
 rem illum diuinum tam diu audiuerant, tam diu miracula
 uiderant, uitam eius sanctiss. nunquam non in oculis ha-
 buerant, & ad sermonum eius formulam erant tam diu
 adfuefacti. Quales nos igitur, qui caremus his, eo saltē
 modo, quo discipulis abundē fuerant concessa? Quare ni
 bil mirum, quod tanto tempore uerbum audientes, & le-
 gentes non adeò promouemus, ut statim ad summum cue-
 hamur, sufficiat dum uelut per gradus ad fastigium uirtus-
 tum euangelicarum tendimus. Veniet tempus, quo spiri-
 tum dabit Deus perfectè nos ducentem in cognitionem
 & actionem omnis pietatis.

Quid disputatis, quod panes
 non habetis?

Grauis exprobratio, qua discipulis obijcit ignorantiam, cor cæcum, oculos non uidentes, aures non audien-
 tes, memoriam nullam, hoc est, meros truncos facit, &
 stipites: tam diu enim uiderant, & audiuerant & tetige-
 rant signa, miracula, aliaq; multa cognorant, à quibus ru-
 ditas omnis debebat iam esse fugata, sed parum effectum:
 carnis enim ignorantia, qua non nisi carnalia cogitabant,
 obstiterat, ne spiritualibus possent fidelius intendere.

Qualis est igitur homo, qui caret omni gratia Dei? Talius certe, ut nisi Dominus persuam benignitatē eius tam graues tenebras illuminet perierit. Abeant igitur liberi arb: adsertores stolidissimi, utpote, qui nil nisi gratiae Dei conuiciantur, dum uiribus hominis adscribunt, quae sunt uirtutis diuinæ solius.

Et uenit Bethsaidam.

Historia miraculi nota est. ni quis miretur, cur nā certū extra uicū duxerit. Nō erat fides in eis hominibus. Id quod uel ex illo patet, quod subditur: Misit illum in domum suam. Neq; in uicum ingrediaris, neq; dixeris cuiquam, &c. Docemur autem sanatione hac sensim uelut per gradus data, ut fide imbecillibus sit obsequendum, do nec eō peruererint, ut nō sit amplius opus obsequio. Deinde præter illud quod dictum est de prohibitione, non quæuis conuenire quibusuis, & cuius temporis. Quare personarum, & temporis est respectus diligenter habendus, contra catabaptistarum pessimum errorem.

Et egressus Iesus est, & discipuli, &c.

Christus olim missurus iu orbem terrarum ad prædicandum euangelium discipulos, explorat prius, quidnā defensionant, non tanquam id nesciat ipse, uerum ut doceat exemplo, non statim inexplorato manus esse imponendas. De Christo uaria sentiunt homines, in hoc tamen conueniunt.

niunt omnes, et mali, & specie boni, ut magnum iudicent
 & hominem Dei, Quo circa uel Io. Baptistam esse aiunt,
 uel Heliam, uel alium quæpiam è numero prophetarum,
 atq; hoc ex miraculorum potentia. Quid igitur tandem
 occidunt? Erat cognitio absq; gratia, quamobrem in ma-
 lum eis cessit. Discipuli uero confitentur esse Christum il-
 lum, de quo uidelicet scriptura promiserat olim, uenitu-
 rum esse in mundum, ab benedicendum omnes tribus ter-
 ræ. Cofessio breuis est quod adtinet ad uerba, lōga autem
 quantum ad uirtutem. Qui enim confitetur ex puro cor-
 de Iesum esse Christum, is simul hæc confitetur, Charita-
 tem Patris erga nos, Pater enim misit filium uon alia ra-
 tione, quām quod nos dilexit. Io. 3. Ro. 5. & 8. Charita-
 tem item filij, ut qui propter nos, & propter nostram sa-
 lutem descendit de cœlis, & incarnatus est de Spiritus.
 natus ex Maria uirgine, et homo factus est, & secundum
 carnē passus, & mortuus pro peccatis nostris, &c. Con-
 fitetur etiam Unionem stupendam illam, Verbi cum car-
 ne, quæ semel facta manet inseparabilis in perpetuum, nam
 in unam personam constituti sunt Deus & homo. Et im-
 permixtae manent tamen naturæ partium. Mirabile, &
 inenarrabile nostris linguis. Et tandem confitetur mor-
 tem Christi nobis adulisse uitam æternam. Reconciliauit
 enim nos Patri. Ro. 5. quæ reconciliatio quid est aliud, ni-
 si uita æterna? Iam si hæc confessio cordis est, ut diximus
 puri, non potest nō consequi, primo, Dilectio erga Deum

et Christum benefactores tam admirabiles. Deinde uita Deo digna, que Charitas est proximi, uictoria diabolii et peccatorum. Tertio: finis bonus et uita sempiterna. Non igitur sine causa dicit Paul. i. Cor. 12. Nemo potest dicere Dominum Iesum, nisi per Spiritus. Confiteri nonque; sic plus habet a tergo, quam fronde promittat. Et requirit confessio fidei, sine qua, ipsa per se magis incommodat quam proposit. Vnde non omnis, qui dicit: Evidem credo Iesum esse Christum, statim fidelis est, sed qui ex corde dicit.

Et interminatus est eis, ne
cui, &c.

Non queuis dicenda sunt quoquis tempore. Ante resurrectionem Christi, si Apostoli praedicassent Iesum esse Christum, mortem Christi contemptibilem reddidissent intollerabiliter, et offendissent ea longe plus alios, quam Petrum ipsum, dum dixit: Propitius sis tibi Domine, &c. Math. 16. Quemadmodum et offendit, et eos qui dicebant: Si hic est Christus: ille Dei electus. Et latrone, qui dicebat: Si tu es Christus, scruate ipsum et nos. Luc. 23. Sed post resurrectionem adeo coducebat, ut si tum illud tacuerint, non praedicasent Euangeliū salutis. Discendum est uerbi ministris, nihil temere faciendū, etiam circa ueritatem. Videndum quid ferre queat tempus, et quid non. Alter enim si quis fecerit, cibum non dispensat in tempore suo.

Et

Et cœpit docere eos, quod
oportet. &c.

Hac tenuis grandia, & iucunda discipuli audiuerunt.
 Et uiderunt, ut ex eis hucusque prouecti, confiterentur Iesum esse Christum illum. In presentia uero triste tam horrendum accipiunt, ut magis horrendum quid accipere non potuissent. Christum secundum carnem oportere multa pati, reprobari a summis sacerdotibus, reliquisque magnis, & nominatis uiris, dari in manus gentium, illudi, confugi, & tandem occidi. Quem modo confessi fuerant, esse filium Dei uiri, nunc audiunt, occidendum post ludibria tam saeva. Ratio Petri non aliter poterat, quam dicere: Propicius tibi sis Domine. Confessio potuisset alterius, attamen non sine horrore carnis, qui quidem dum foret illa potentior, uerbum extrusit haud fidele. Sic autem agere penitus conueniebat. Nam non solum in mundum uenerat Christus, ut exponeret Patris uoluntatem, sed ut ageret pro eadem uoluntate, hoc est, subiret mortem pro peccato mundi. Atque hanc mortem an non opus erat, ut discipulis, priusquam adcesset, exponeret? Tum ut sic exponendo, discipulos adsuefaceret ad leuius ipsam ferendum, & ut discerent, quid sibi futurum esset olim, dum peruestigia Domini uellent incedere.

Et post tres dies resurgere.

Hoc uerbum & si discipuli non intellexerat, tristitia &

I 8 perturbationem

perturbationem tamen non potuit non aliquaratione leuare, ut saltē cogitarēt. Et quid illud, quod addit. Et post tres dies resurgere? Hos sermones autem nō dixit per inuolucra, sed aperte et clarē, nimirū exponēs, que tectius ab Esa. & alijs prophetis dicta sunt, & multis & varijs rebus præfigurata quondam. Quod mentio resurrectiōnis tamen nunc non tulit, poste aquā maiore spiritu sunt donati in futurum discipuli, compensauit egregiē. Nam ipsis nō mediocriter fidem cōfirmauit prædicta. Et confirmatores fecit in ea testificanda coram mundo. Discendus nobis à Christo modus hinc docendi pietatem. Bonitas Dei, misericordia, dilectio, & siquid est tale, docendum primò. Tum, ut adsequamur hęc per fidem solam. Tandem ubi fides iacta est firmiter, pericula futura propter Deum non sunt reticenda.

Et adprehendit illum Petrus, &c.

Ecce scandalum, quod accepit Petrus ex mentione, quam Dominus fecit de morte sua. Protinus adfuit sensus carnis, Dominū à rēta abominabili absterrere conās, adloqtur enim cum increpatione: Popitius tibi sis Domine, nequaq̄ erit tibi hoc. Matth. 16. Amor carnalis quidā mouerat Petru, sed idem interim obcecarat mentē, ut oblitus quid de Christo modo confessus esset, in sermonē tam stultum raperetur. Nam alioqui non potuisset non cogitare,

Quia

Quia filius Dei est, igitur quæ loquitur, ueritatem habent immutabilem. Quamobrē absit, ut contradicas, non tuū est enim ueritati præscribere, &c. sed ab ea præscriptum sequi. Sed nihil horum fecit, adeo sumus miseri, & ceci ubiq; dum Dominus nos deuictiuit. Verum quid Christus ad Petrum?

At ille conuersus, & intuitus di.

Dominus conuersus intuetur discipulos, et corripit Petrum, proculdubio monens intuendo. Petrum exēplo habet stulti affectus, & temerē pronunciati. Dicit autem. Abi post me Satana. Aduersarium adpellat, aduersabatur enim humano affectu consilio Dei. Iubet abire post se, id est, nō præscribere sibi, nam seruus erat Petrus, Christus Dominus: Imō Christus Deus, Petrus homo peccator, ideo Christi erat præscribere, sequi uero Petri. Nō sapis, addit, quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominū. Quæ in animo concipis & eloqueris, humana sunt, quæ ego dixi diuina, tā ergo distant, quam terra distat à cœlo. Videmus qualiter sapere nostrū, erga sapere Dei. Non solum enim inter se distant, sed plerumq; pugnant, & sunt contraria. Deinde quæ Deus statuit, non possunt, nec debēt ab homine mutari, sed adorari potius & tremorē incutere, si Deus nos aliquando respiciat, ut promisit Esa. 66.

Et cum ad se uocasset, &c.

Hactenus cum discipulis paulisper egit, nunc & turbas

CAP.VII OSVALDI MYCONII

turbas aduocat: communis est enim sermo, quem facturus
est, & profecto diligenter notandus. Dicit enim: Qui-
cunq; uult me sequi. &c. Evidem audiui prædicari Chri-
stum, & placet tantus benefactor, & ex animo totum
cum accipere constitui. hic iam me docet Dominus ipse,
quid mihi sit faciendum, præter illud, quo confessus sum,
ipsum esse Christum. Siquis igitur, inquit, uult me sequi.
Matth. dicit. Siquis uult post me uenire, id est, Siquis uult
esse discipulus meus, se qui doctrinam meam, me fidere, mi-
hi adhærere, totū se mihi deuouere, abneget semetipsum
id est, non sit Ολαυτος sui ipsius amans, atq; ideo o-
mnium, quæ hic præscribit affectus, hoc est, honorum di-
uitiarum, uoluptatum, &c. tollat crucem suam, id est, Pa-
tientiam discat, & eam quidem supponat infirmitati-
bus, aduersitatibus, uexationibus carnis, temptationibus
diaboli, afflictionibus mundi, & omnibus quæ permis-
Dei molesta superuenient. Alij de mortificatione locū ac-
cipiunt, sed dicta expositio mihi placet melius. Et sequatur
me. Nā ita poterit trāsire per omnes angustias, per quas
ego transi. Summa uidetur esse? Quicunq; uult seq me,
tollat crucem suam, id est, fiat mihi similis, et agat, quem-
admodum me uidet agere. Ita nanq; me ipsum abnegauis,
& abnegabo, ut uermis potius sim, quam homo dicēdus.
Aduersitatibus me sic subieci, et subiçiam, ut supplicium
hanc sim abnegatus crucis. Vnde uidemus Christianum
uirum qualiter animatum esse oporteat. Omnibus

Uerbis, ex factis docebit, se non habere manentem hic locum, sed futurum inquirere. Tum si quando carnis affectus cum stimulare coeperint, totus in pugna erit ad eos uincendos. Etsi robur fidei non esset praesidio, quis hic non desperatione periret? Audiamus uero Dominum seipsum exponentem.

Nam quisquis uoluerit animam, &c.

Animam seruare dicit, seipsum amare: Animam perdere, seipsum abnegare. Quisquis igitur illud conabitur, animam uidelicet seruare, sibi et uitae sue prouidere, ut hic in terris feliciter uiuat, honores habeat, diuitijs abundet, et quoad fieri poterit sine malis huius seculi transseat, is perditurus est eam, id est, condemnaturus. Exemplo sit homo diues, Luc. 12. Contra uero. Quisquis perdidit animam suam, id est, abnegarit semetipsum, propter Christum, et Euangelium, omnia pro his aduersa ferens et per patientiam uincens, seruabit eam. Exemplo sit Lazarus Luc. 16. Additur, propter me et Euangelium non temere. Nam fieri potest, ut animam quidam perdat ex desperatione, hoc est, abeant in exilium, in eremum, induant cucullam, longas subeant peregrinationes, et periculosas ad D. Iacobum, ad sepulchrum sacrum, fiant milites, fiant mendici, et siquid est tale. Sic autem tollere crucem, non est Christum sequi, sed fugere potius, etiam si quedam

quædam sunt numerata, de quibus censetur contrariū, sed falso. Notandum est obiter, Christum sic disputare, ut patet necessitas ipsum sequendi. Dū enim dicit. Siquis vult sequi me, &c. difficultatē longē maximam sequendis imponit. ut dicere quis cogatur: Si tāta difficultas est, equidem sequi nolo. Subdit ipse: Q. d. Si absterret te difficultas, ut propterea sequi recuses, hoc scito, tam esse necessarium, ut nisi iugum susceperis, quemadmodum dixi, de salute tua sit actum. Nam adeo non proderit conatus tuus labore & difficultatē evadendi, ut dum hoc ipsum contenderis, incidas. Contrā si te negligas mea causa, conseruabis salutem, etiam sine labore: nam iugum meum sua-
ue est, &c. Math. ii. Tum & illud considerandum, per-
dere priore loco positum, esse condemnare. Postiore
ucrō, semetipsum abnegare.

Quid enim profuerit ho-
mini, &c.

Necessitas est, ut sequamur Christum, ut audiuimus. Ad hanc necessitatem nunc persuadere parat præsentibus uerbis. Quid enim profuerit homini, &c. Q. d. Esto quod totus mundus sit tuus, quid profuerit, si interim anima tuæ non sit prouisum circa salutem? Id quod tum est, cum me sequi recusaueris. Aut putas pecunia, uel alio prelio redimi posse, ne percitat, illam? Erras sis sic putas. Nihil enim in mundo tam preciosum, quo possit ani-
ma solui-

ma solui debito, quo obstricta est Deo. Is ut non indiget pecunia, ita nec accipit, quomodo igitur diuitijs mudi redimeres animam? Sanguis Christi destinatus est a Patre coelesti, qui satis faciat pro peccatis animae fidelis. Hunc igitur si per fidem hauserimus, consultum erit nobis, non aliter. Discimus hinc, Caelum enim non posse uel argento, uel auro, sed sola fide Iesu Christi, hominem ad abnegationem suipius, et ad tollendam propriam crucem, perducente.

Quemcunq; enim puduerit
mei, &c.

Fide in Christum paratur uita eterna. Ergo ait nunc, si quis me contemnens non putat tanti esse mortem meam apud Patrem, ut soluat animarum debita, atque ideo nec credere sustinet in me, nec abnegare se, nec tollere crux suam, is talionem feret, dum ego uenturus sum in gloria Patris cum angelis sanctis. Verba sunt admodum grauia, quibus effert sententiam illam Dominus. Nam quemcunq; dices, omnes includit, nullos excludit. Dum addit, Puduerit mei, ac meorum sermonum, ostendit, quam graue sit ipsum negare coram hominibus adulterantibus a Deo, peccatoribusq; id est, coram uiliissimis, et abiectissimis, quos Deus odio prosecutur, nisi resipiscat, usq; ad condemnationem. Quam graue sit item sermonem eius, qui nuncius est mentis diuinae, ac bonae uoluntatis Dei erga nos

ganos, uelut ignominiosum iudicare. Age, quicunq; sic se
cerit, illius pudebit Christum Iesum, quem iste tam ui-
lem habuit, quia adparuit in carne humilis, mansuetus,
pauper, cum esset uerè filius Dei. Pudebit autem, cum ue-
nerit in gloria Patris sui cum angelis sanctis, id est, cum
tuerit iudicaturus mundum, sanctis angelis stipatus, se-
dens super sedem gloriae sue. Matth. 25: Condicabit enunt
illum unā cum reliquis impijs usq; in sempiternum.

CAP V T N O N V M.

Et dicebat illis, Amen
dico uobis,

VEMINIT Christus passionis sue, me-
minit crucis suorum. Tandem de gloria
quoq; sua mentionem facit. Nunc ut huius
gloriae (quam regnum Dei uocat) gustus
aliquis perciperetur, nō quidem ab omnibus, sed à certis
quibusdam ad fidei confirmationem, & ea, quae futura
est, nonnulla ratione præsentiretur, ita dicit: Quosdam
esse inter his stantes, qui nō essent gustaturi mortem, do-
nec uidissent regnum Dei uenisse cum uirtute. Sunt qui
gloriam, seu regnum hoc intelligunt de transfiguratione
Domini, de qua proximis uerbis audiemus. Alij uero,
quod uerba Marci tam diserte dicunt. Donec uenerit re-
gnum Dei cum uirtute, malunt exponere de aduentu Chri-
sti, quo

IN MARCI EVANG. EXPO. 91

ibi, quo per Euangelium non ita multò post mortem ipsius gloriosus aduenit cum uirtute, dum prædicari cœpit seruator mundi, & ut Dominus adorari. Nam hoc tempus non pauci exstantibus circa Christum adtigerunt, quo uirtutem iam triumphantis & regnantis Christi in dextera Patris uiderūt per orbem sese diffundere terrarum.

Ac post dies sex, adsumit, &c.

Adsumit Christus discipulos tres in montem. In montem inquam, ut oraret. Luc. 9. Discipulos tres, non omnes, ut ostenderet, non omnibus omnia cōuenire sine delectu, tres illi ad ueritatē gloriæ Christi cognoscendam accommodi fuerāt, reliqui non item. Et transformatus fuit coram illis. Speciem diuinam ueluti corporeis oculis proposuit, quæ species sequentibus uerbis pulchre exponitur. Vestimenta illius facta sunt splēdida & candida ualde uelut nix, quam candida facere non potest fullo super terram. Et splenduit, ait Matth. 17. facies eius sicut sol. Et quid, inquis, hoc fecit Dominus? Voluit nimirum gustum præbere tribus illis diuinitatis sue, et gloriæ modo diclæ, ut animis inde corroboratis & facilius se abnegarent, & ipsum sequerentur, & in passione persisterent, immo post passionem in omnibus perdurarent fortius in fidem usq;. Conspicetus est autem illis Helias, &c. Viri maxi, & ministri Dei quandam ardenterissimi, quibus indicatum, & legem, et prophetas tetendisse in Christum.

K De

De Helia uide. 3. Reg. 17. 18. 19. Item. 1. Reg. 4. Et de elevatione eius cap. 2. Colloquebantur cum Iesu. Et quid inquis? Respondebat Luc. ca. 9. Qui uisi in maiestate dicebant excessum eius, quem expleturus erat Hierosolymis hoc est, dicebant, quomodo moriendum esset ei Hierosolymis secundum carnem, quamuis esset uerè filius Dei. Quae res quidem non poterat non aliquam saltē facere fidem ijs, quae Dominus ipse dixerat et de morte sua, et de resurrectione, quantumuis de neutro plenē discipuli intelligeret, quoties de eis mentio fiebat. Luc. 18. Et respondens Petrus, et c. Pauor, qui mentem loco mouet, Petrum ceperat, ex quo dicebat, quae nesciebat, puta, faciamus hic tria tabernacula, et c. Verum quale nam hoc ipsum, quod ita mouerat? Incundum, et mirabiliter alliciens quod fecerat, ut oblitis omnibus terrinis, cuperet illic esse, ubi Christum uiderat transfigratum. Sic sunt excellenter amœna, quae coelestia, ut uel tantillum gustata, protinus rapiant in amorem suis, et aculeum figant, ut quae sunt terrena facile contemnatur. Verum o bone Deus, quam paucos inuenire est, quibus gustus ille concedatur. Et facta est nubes et c. Ex nube gloria Domini apud ueteris testamenti pios uiros haud semel adparuit, ut uidere est in Exodus. Idem et hic fit. Patris enim vox est nube discipulis auditur admodum plausibilis. Habet enim testimonium patris de filio magnificum. Deinde manifestam declaracionem.

IN MARCI EVANG. EXPO. 92

rationem, quonodo Patri placere queamus, nempe per solum filium. Et tandem, filium esse Doctorem cœlestem audiendum iussu Patris unicè. Dicit enim: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum est ipsum audite. Confessionem fidei nostræ, qua confitemur, Christum esse filium Dei uniuersi, confirmat hic Deus fortissime coram discipulis tribus, ut constet nobis ex ore Patris, nos rectè confiteri, ac salubriter. Nam si filius Dei, perfecta cognoscimus esse opera eius, et ante omnia perfectè pro nobis ipsum perlataisse. Hebræorum 9. Hinc et pax erga Deum in cordibus nostris. Romanorum 5. Hinc certitudo promissorum omnium Christi, tantum nos puro corde, id est, fideli, recipiamus, ut quod uelit manere apud nos ad consummationem usque seculi. Quod item adesse in tribulationibus. Et quicquid nomine ipsius petituri simus, id daturus sit nobis Pater. Et siquid est huiusmodi. Deinde Pater dicit: In quo mihi complacitum est. Matthæus 17. εν τῷ εὐδόκεια, id est, in quo bonam uoluntatem habeo, seu bene affectus sum. Ex quo clarum est, neminem posse placeare, ut dictum est, Deo, nisi in filio. Homo per se non placet, id que propter peccatum, sed ubi membrum fuerit factum Christi, iam quia in Christo est, placebit. Ergo per salutem nos esse oportet in Christo. Id quod fit per fidem non factam. Postremo vox Patris dicit: Ipsum audite. Quod si hic à Patre commendatur audiendus,

K 2 ergo

ergo nemo præter eum aliis est audiendus. Habet enim uerba uitæ æternæ. Ioannis ca. 6. quæ homo non habet, nisi per Christum. Præter ea quæ dicta sunt, discentium hinc, non Mosen, id est, legem, non Prophetas, qui per Heliam intelliguntur, esse circa salutem respicieudos sed unum Christum, qui latet in lege, & per Prophetas prædictus. Deinde, quād in multis Papismus peccet contra Patris illā uocē, quod traditionibus abstractus ut Christus nō uerè habeatur pro filio Dei. Quod media constituit alia, quibus perueniatur ad Deum. Quod sua decreta, suos Doctores putet audiendos & què ut Christū, &c.

Et repente cum circumspexissent.

Speciem illam Christus denuo mutarat, & uiri curuerat, & nubes fuerat ablata. Tunc Christum solum uidabant, qualiter antea, & ipsi discipuli redierant ad mentem. Vbi solum illud uidetur adnotandum, quod Aug. habet de Agone Christiano ca. 24. Christum potuisse ante & post resurrectionem de corpore suo facere quod uoluerit. Nam ante resurrectionem ambulauit super aquas, & clarificauit illud sicut splendorem solis. Post resurrectionem clausis ostijs subito discipulis adparuit. Si forte hoc ipso reciè cōsyderato, facilius queamus peruenire ad uerum ueri corporis Dominici esum, &c.

Porro

Porro cum descenderent
de monte: &c.

Non quouis tempore queuis sunt aperienda. Fit enim, ut que nunc dicta prosint, alias dicta summè noccāt. Christus noluit à quopiam se prædicari Christū ante passionem, sed postquam resurrexisset à mortuis, perfidis omnibus, que Pater in mandatis dederat pro peccatis hominum perficienda, eoq; mirum in modum mortis supplicium contemptum auxisset sui, et neque hominibus, neq; gloriae Dei profuisse.

Ac uerbum hoc tenuerunt apud se,

Sicut mandauit Dominus ita fecerunt, sed interea tamē disputauerūt de resurrectione filij hominis, ut quam prorsus non intellexerant, sicut ante quoq; monuimus, quia nec de morte eius cognouerant. Addunt autem interrogationem de aduētu Helie, de quo nimirum eo tempore multus fuerat sermo propter Christum, quem Scribe uel ideo pro Messia noluerunt agnoscere, quod Helias nondum uenisset, et omnia restituisset pro uaticinio Malach. ca. ultimo. Tum etiam gloria Domini conspecta, putarāt discipuli gloriam Patris, diem inquam magnum et horribilem esse, de quo tamē Malach. scribit, quod cum Helias sit præcessurus. Age Christum audiamus respondentem. Verum dicunt Scribe, oportet Heliam uenire

K prius,

prius, & conuertere cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum, & sic restituere omnia. Item oportet eundem etiam pati multa, & contemni, sicut de filio quoq; hominis scriptū est. Sed dico uobis, Heliā uenisse, quod neque uos scitis, neque Scribæ. Et fecerunt illi quæcunq; uoluerunt, nam contempserunt & dixerunt, habere dæmonium. Matt. 11. & coniecerunt in carcere, & tandem decollarunt in gratiam saltantis puellæ. Matth. 14. Ioannes enim Baptista Heliā est, qui uenit erat iterum Matth. 11. de quo nihil Scribæ ex uaticinio Prophetæ cognitum habuerant. unde nec mirū, quod me promisso Dei hoc ipso argumento non recipiunt. Videmus hinc fidem non protinus docere omnia, sed per gradus. Discipuli namq; de morte & resurrectione Christi non semel audierant, & tamē nō intellexerant, quid is sermo uellet. Videmus item, scripturam non mox, dum legitur etiam intelligi, nisi enim Spiritus Doctor adfuerit, studium nostrum inutile fore.

Et cum uenisset ad discipulū suos, &c.

Scribarum malicia se aperit, qui Dominiū non ualent̄es alloqui disputando, nisi magna cum ignominia sua, discipulos, & quidem simpliciores, ipso absente duexant, atque id turba multa presente, si sic autoritatē suam apud

Apud illam retinere possent. Turba uero mox ut Iesum uidit, obstupuit pre ueneratione, quam pepererat autoritas, & adcurrentis salutavit: id quod indicium prebet magnae de ipso existimationis. Rogante tu domino scribas, quid disputatione? Unus ex turba coepit conqueri, quomodo filium lunaticum discipuli currare non potuerint. Describit dæmonium pater, fuisse mutum, & saevum, ut quod corripiat, misere dilaceret, in ignem & aquam coniiciat sibi filium. Hic autem inquit, spumat, dentibus stridet, & arescit, hoc est, corpore consumitur. Adduxerat quidem pater filium ad Iesum, sed eo non presente, discipulos precatus est ut ejicerent dæmonium, uerum non potuerunt. Causam audiemus postea. Christus, priusquam succurreret, admodum omnes acriter corripuit, id est, discipulos, & patrem, ut e quibus nullus firmiter crediderat, dicens: O natio incredula, &c. Doluit non vulgariter Christo, quod tam diu docuerat, & fecerat, unde potuisserit diuinam bonitatem intelligere, propter quam demonstrandam & exhibendam a Patre fuerat missus, & tandem recipere per solam fidem, ipsi uero nondum essent nacti tantum fidei, ut dæmonium ejicere valuerint. Tam est miserum animal homo, propter peccatum & mentem obtenebrans, & omnes uires abripiens, ut Deo promittenti, non credat, & praestanti non gerat morem. Dicit ergo: Quamdiu apud uos ero? postquam quicquid dico, quicquid

facio frustraneum est? Quousque patiar uos? cum tam sitis rudes ad diuina percipienda, et corde puro retinenda? Hec meo quidem uidere sic sunt dicta ad discipulos, atq; patrem lunatici, ut tamen turba similiter notaretur, non enim pertinebant, quae Christus dixerat cum dolore, minus ad omnes Iudeos, quam ad solos iam dictos. Iubet post correptionem Dominus lunaticum dici ad se. Dæmonium autem uiso illo, miserum discerpebat, et prolapsum uolutabat in terra spumantem, non enim ignorabat potentem super se, et cogentem facere, quicquid mandaret. Antequam uero sanaret Dominus, interrogat patrem, quantum temporis esset, quod istud accidisset. Respondet pater. A puero. Interrogatio nimis illud uoluit, ut ubi discipuli cum reliquis audirent temporis longitudinem. Deinde quoq; quod malus ille et pueros uexaret innocentes, miraculum fieret mirabilius, et potentia Christi manifesta magis. Patri uero quia res curae fuerat, amplius monet Christum fide non magna, quod uerba clare docent, quibus dicit: Age siquid potes, et c. Dubitantis enim est hic sermo. Commodè igitur Christus subdit: Illud si potes credere, omnia possibilia credenti. q. d. de mea possibilitate dubitare uideris, istud ipsum igitur si potes abijcere, prouisum erit tibi et filio. Nam omnia possibilia credenti. Si uis igitur, ut tibi succurrat, crede me id posse, et te quod possum recepturum esse. Pater suam infidelitatē agnoscens, exclamat cum labrymis,

mis, dicens. Credo Domine. Sed quia tepidè crediderat, confessim precatur: Succurre incredulitati meæ. Dominus ut uidit turbam adcurrentem, confessim sanat lunaticum, ne vulnus sibi stultè adplauderet. Vtitur uerbis di seruis. Spiritus mute, & surde, ego tibi impero, exi ab eo, & ne posthac ingredi aris in illum. ut audiētes cogerentur apud se dicere: Dæmonium hoc exiisse non nisi ex potenti imperio Christi, & coactum eodem imperio, ne regredieretur deinceps in illum. Sed ecce, priusquam exiret spiritus clamauit, multumq; discerpit illum, ut multi dicerent, mortuus est. Cæterum qui dæmonium expulerat correpta manu cuius erexit eum. Cur autem, inquis, Christus permisit, ut sic discerperetur miser iste iam bis, & in conspectu patris? Respondendum uidetur, priorem dilacerationē à Christo permisam, ut intelligerent, qui erant præsentes, tunc Satanam vires suas in primis exercere, cum Christum nouit esse prope. Nempe is ubi est, imperium Satane pereat neccesitas est. Deinde propter patris lunatici fidem exercendam. Dum enim in præsentia Christi sic se uicbat dæmonium, quod ei sciebatur tamen adeo facile, potuit ille cogitare, quām in omnib. istud co geretur subiectum esse imperio Christi. Posterior autem dilaceratio, quæ ex clamorem extorquebat dæmonio, illud indicat, quām iniuitus relinquat hominem, et permittat eum Christo. Tum Satanam ad conobis nocendi esse cupidum, ut dum animo nō posset, corpori tamen noceat.

Ex his omnibus multa sunt diligenter nobis expenden-
da. Primū, authoritas Christi, qua ualuit apud populum
ex doctrinæ fidelitate & constantia, tum ex probitate
uite. Hec sunt enim, siquid est aliud, quæ faciunt, ut pa-
rias autoritatem prepositus Ecclesiæ non contemne-
dam. Quām sit igitur omni studio prædicatoribus Verbi
uirtutib. dictis inuigilandū, uel hinc patet, quod sine au-
thoritate nihil efficies: Deinde uim fidei cōuenit, ut ex-
pēdamus, ex eo, quod Dominus dicit: Credēti omnia pos-
sibilia esse. Quod Dei solius est, uidelicet omnia posse,
Christus tribuit credenti, quod certè magnū est: nō quod
per se credēs possit omnia, sicut Deus, sed per Deum. Hic
enim est omnium potens perse, quæcumq; uoluit enim se-
cit in caelo, & in terra, imo & ipsum coelum, & ipsam
terram uolūtate creauit sola dum non essent. Illud ipsum
de Deo in primis est tenendum adeò firmiter, ut nihil
inde queat dimoueri. Tum ut est omnipotens, ita & be-
nignus est, ex liberalis, imo diuinarum suarum prodigis
erga omnes, qui puro corde requirunt eas. Nemo unquam
petiit frustra, etiam si quæ petiit uidebatur impossibilia,
dummodo fide solidam non caruit. Exempla sunt uet. &
no. testamēti in promptu. Vi Hezechi. 4. Reg. 20. Et le-
prosus. Matth. 8. ut reliquos taceam. Fidem autem opor-
tet sic esse solidam, ut nullibi uacillet. Qualem habuit
Mulier, Matthæus 15. dum rogauit pro filia sua, quæ agi-
tabatur à dæmonio misere. Corde confirmata erat, Chri-
stum

Itum, quem uocat filium David, potestatem habere sa-
 nandi & animas, & corpora. Et sibi nihil negaturum
 esse, tantum rogaret, quamvis ethnica. Atque hic perse-
 uerabat, etiam neglecta, & reiecta post intercessionem
 discipulorum. Veniens enim adorauit Dominum, & co-
 responsante non repugnauit quidem, sed firmitate fidei
 sic egit, ut diceret tandem Dominus: O mulier magna
 est fides tua, fiat tibi sicut uis. Talis & Abrahami fides
 extitit. Romanorum 4. Talis & Centurionis Matthaei
 8. ut sit imago nobis, qualis nam fides, cui nihil est im-
 possibile, debeat esse. Vis autem fidei tam excellens,
 tam que potens, non aliunde est, quam ab honore, &
 cultu recto, quem Deus unum sibi tribui postulat. Omni-
 potens est enim, ut dictum est. Item uerax, nam quae dicit,
 que promittit non potest pro sua iusticia non præstare.
 Dives est in misericordia, & multæ charitatis erganos.
 Quisquis igitur pro tali habet, qualis est, ac inuocat deum
 de petitq; in nomine Christi prout de ipso tenet, si impe-
 trat omnia quecumq; uolucrit. Præterea considerandum,
 quod malus ille pueros tam miserè uexat. Et quur inquis
 innocentiam illam? Evidem video sic fieri, sed cur nam
 Deus permittat, nō video. Habet is suas rationes, quæ nos
 latent. Videmus tamen interea hostem humani generis
 nulli ætati parcere, ac id ipsum Deum permettere. Nos ab
 exēpto discamus, q; simus obnoxij malis innumerabilibus
 propter peccatorum multitudinem, & grauitatem, cum

Deus

Deus annuat, ut innocentes illi tam graviter uexentur à diabolo. Ne dicamus igitur deinceps bono sp̄iti uo nostra tempestate impelli pucros, dum aliquid, quod miramur, ut inter catabaptistas uisum est, agut, seductionē etenim esse, atque errorem hinc manifestē uidemus. Petendum item cum patre lunatici semper, ut Deus augeat nobis fidem, postquam cognoscimus sine hac impossibile esse placere Deo. Hebre. cap. undecimo. Eaucrō præsentē nihil esse nobis non possibile.

Et cum esset ingressus
domum,

Dum fit à Deo, uel à nobis circa res Dei, quod uel non capimus, uel aberrauimus, & dolet id nobis sic, ut inquirere ueritatem studcamus, indicat animum nostrum à diuinis non abhorrire penitus. Contrarium si factum fuerit, nos sine Deo uiuere planè ostendit. Probat hoc ipsius discipuli, & Iudei satis clarè, dum propositis parabolis obscurioribus, illi diligenter inuestigant, quid sit, quod erat propositum. Hi uero negligentes contemnunt. Idem animus hic impellit discipulos, ut seorsim querant, cur ipsi non potuerint eijcere dæmonium, uexarat namque, quod Scribis per id dederant occasionem contemnedi & se, & Euangelium à se prædicatum. Respondet autem Iesus clarius Matth. 17. Propter incredulitatem uestram, quod

quod Marc. omittit, forte quod ex ante dictis illud potest intelligi clarissime. Incredulitatem enim Christus corripuerat, non ut intellexerat patris lunatici querimoniam. Incredulitas igitur in causa fuit, cur discipuli non ualuerint ejcere dæmonium tam sæcum. De potentia Christi non erat eis dubium, sed carebant fiducia, immo certitudine, qua firmum esset, quod si iussissent exire istud in nomine Iesu, obediuerisset. Atque ideo nec deprecati sunt discipuli, nec ieuniarunt. Si sida præcessisset, utrumque fuisset consequutum, sed et dæmonium cedere coactum. Sunt enim deprecatio et ieinium arma fidei. Evidem quod credo, mox et peto. Ieiinium autem facit, ut deuotius petam et oram. Discimus, quomodo malus ille a nobis sit et superandus, et fugandus dum conatur obsidere corda nostra per peccata, seu nimios propter aduersitatem dolores, ut nos ad desperationem adigat, fidelis nempe oratione. Constat item preces et ieinium sine fide nihil esse. fidem rectam precibus et ieunijs non posse carere.

Et illinc digressi, iter secerunt, &c.

Luc. 9. scribitur, ex quo facilis est ordo ad presentia. Stupebant autem, inquit, omnes super magnificètia Dei: Sed omnibus mirantibus super omnibus quæ faciebat, dixit ad discipulos suos: Ponite uos in auribus uestris sermones istos. Filius hominis, &c. q. d. Illi stupent propter

pter opera quæ facio, paulò post ad crucifigendum me
postulaturi. Vobis non tam hæc, quæ dicturus sum,
ut quæ nosse rectè plurimum refert, sunt audienda, & al-
tè in cordibus figenda. Filius hominis tradetur in ma-
nus hominum, & occident cum, & occisus tertio die re-
surget. Hoc quidem uobis est probè tenendum, ut qui
idem in totum orbem non multò post sparsurie estis, sa-
lus mundi sic comparabitur, & post uitam hanc, uita
æterna. Non uolebat autem, ut quissimam sciret, se iter
facere per Galileam, cōque discipulos suos isthæc doce-
bat seorsim, ut dum iam iam adcessent, offenderentur
minus, scientes uoluntariè secundum ordinationem di-
uinam ea fieri. Verum quid discipuli? Ignorabant quod
dixerat. Adeo humanū ingenium obtusum est ad diuinā
consilia, dum sibi contraria uidentur. Non poterant
animo suo persuadere, posteaquam erant confessi, Chri-
stum esse filiū Dei uiui, ipsum ab hominibus occisum iri,
quamobrem quaecunque de eare dicebantur, non intel-
lexerant. Similiter de resurgendo capiendum, quomo-
do nanque de hac intellexissent, dum occidendum non
possent capere? Videmus iterum, in fide gradus esse. Non
dubitabant discipuli, quin Christus esset filius Dei uiui,
at non tamen protinus adscenderant ad fastigium eo-
rum, quæ confucuerunt inde succrescere. Hoc sciens Ie-
sus, quamuis ob incredulitatem reprehendaret, non ta-
men abiicit, paulatim ad altiora perducens. Quibus igi-
tur.

tur Deus dedit maiorem, & reliquis fortiorum fidem,
imbecillibus parcant, imò assumant & fouent, usque
dum & hi ualebunt altiores pertingere gradus. Ro-
manorum 14. & 15. ad Gallatas 6.

Et uenit Capernaum, &c.

Dominus nouerat, quia Deus, quod discipuli clam
disputarāt in itinere, unde unde fuerit occasio, quis eſet
maior. Atq; id, cum ueniſet in domū, repetit, interrogās
tanquam nesciret, quid id fuerit. Discipuli uero pudore
perfusi nimirum, filuerunt, uidētes quod hoc ipsum nos-
set Christus: igitur ansam inde capiens, clare, nempe uer-
bo & facto docet, qualiter in Ecclesia debeant usurpari
officia. Siquis uult, inquit enim, primus eſſe, is erit o-
mnium postremus. Atq; hoc uelut exponēs subdit. Et o-
mnium minister. Præeſe nāq; in regno cœlorum, eſt se mi-
nisterio suo subiucere omnibus. Non dignitates sunt enim
officia Ecclesiastica, sed ministeria, atq; adeo magis one-
ra. Paulus debitor erat Græcis et Barbaris, eruditis pa-
riter ac incruditis. Imò Christus Dominus & Rex cœli
& terræ, an' non ministravit toti mundo? Vnde & ali-
bi dicit, Matthæi uidelicet 20. filium hominis nō ueniſet,
ut sibi ministraretur, sed ut ipſe ministraretur alijs. Pue-
rum autem arreptum statuit in medium illorum, &
cum cepiſet in ulnas ad ostendendum, quam eſet sibi
grata ſubmiſſio, dicit apud Matth. ca. 18, nam Marcus
omittit,

omittit, quod ad rem tamen in primis pertinet: Amē dico uobis, nisi conuersi fueritis, &c. Ex quibus uerbis intellegitur, eum qui pueri similius est circa demissionem, esse maximum in regno cœlorum. Quid enim puer de missius? qualitercumq; natus est enim non curat. Qualitercumq; nutritur, non curat, puer est enim. Facit autem quicquid iubetur, & omnibus inferuit simplicitate puerili. Quamobrem hoc exēplo, tam in quam claro, Dominus uoluit discipulis testatum, ut scirent, quid magnos faceret in Ecclesia sua. Id quod etiam omni studio post Domini resurrectionem sequuti sunt. Nouimus Petri, Ioannis, Iacobi submissionem, et reliquorum, tum ex proprijs scriptis, tum ex Act. libro. Nouimus subiectionem Pauli, qui factus est omnia omnibus, ut eos lucriferet Christo. Constat certè eum, qui cogitat, cuius nam Domini minister sit, non facile posse querere seipsum in ministrando, sed solum Dominum, & eos, de quibus olim est reddenda ratio. Talis annon cogitur demissus ferri, ut seruus omnium? Consyderemus hic imaginem Papismi, sic tamen, ut ad nostrum bonum, non ad huius contemptum. Iam quod sequitur in Marco: Quisquis unum ex talibus pueris receperit nomine meo, &c. hoc pertinet, ne horrerent discipuli sic se deiucere, cum audirent, nihil posse magis gratum & Christo & Patri fieri, quam recipere tales pueros, id est, ita humiliatos & demissos. Quāti igitur apud utrumq; demissi, modesti q;? Humiliemur igitur & nos, dum

dum à Deo per homines ad Ecclesia munia deligitur,
nam aliter neq; magni esse ualeamus, neq; recte munus pe-
ragere. Demissionis probatio in hoc consistere uidetur,
ut omnibus per charitatem inscruiamus: Magnis paruis:
senibus iuuenibus, adulescentulis, pueris: uiris ac mulie-
ribus, neminem penitus excludentes, ut satisfiat Pauli-
no illo: Nemini quicquam debeat is, nisi hoc, ut in uicem
diligatis. Constat uero munia prorsus à Deo esse, quam-
obrem haud fugienda, modo talis sis, ut quod est concre-
ditum, probe geras. Verum ut hoc est ueritati consentaneum,
ita nescio si unquam sint officia eiusmodi ambiēda,
et iā si quādoq; peti ualeant, sed non nisi à diuinitus dota-
tis ad bene merendum de multis. Nam aliter si habeant,
qui petunt, iam non petere dicendi uidentur, sed humano
affectione ambire. Difficile est item in fastigio positum non
tangi gloriolae uane spiritu, quo circa multis est opus hic
precibus, et deuotis nequem Deus inducat in tentatio-
nem, sed à malo liberet.

Respondit autem Ioann: dicens.

Est quod mouit Io. ut interrogaret Dominum, de eo,
quem prohibuerat, ne ei sceret dæmonia in nomine Iesu,
eo quod non sequeretur ipsos. Quid autem sit, uix potest
dici, nisi coniectura. Puerum recipere nomine Iesu ma-
gnum esse apud hunc & Patrem Io. modo intellexerat.
Ex quo forsitan cogitauit, quid igitur recipere dæmonia

L per

CAP. IX. OSVALDI MYCONII

per nomen eius ejusciētem, qualem tu prohibuisti tamen? Errasti forsitan, rogabis ergo Dominum super hoc dubio. Rogantem sic excipit igitur Christus: Ne prohibeatis illum. Ratio: Nullus est enim, &c. Postquam uidet enim uirtutem esse tantam in nomine Iesu, nec male cogitare, nec male loqui potest facile de ipso. Imò cogitur laudare, & extollere, ut qui humanam uirtutē excedat. Non est auditum eiusmodi nomen, ad quod diabolus cedere cogatur. Quare diuinum esse, quod hic agit, nemo non cogitur agnoscere. Tum etiam: Qui non est aduersus nos pro nobis est. Ut ergo ille non est aduersus nos, pro nobis est, igitur non est prohibendus. Faciebat electio illa prorsus ad gloriam Christi, quod Deus ita uoluit, quo circa Io. id ipsum non consyderans, humanum errorem incurrit. Ergo quisquis agit, quod gloriam Domini promouet, non est prohibendus, etiam si ipse non per omnia facit, quod debebat. Exempli gratia. Inuenitur Princeps, qui permittit, ut Euangelium predicetur suis, ipse interim agit lurconem. Is ferendus est, & non prohibendus propter hoc, quod Euangelium suos audire permittit, at tamen nonnunquam certa ratione monendus, ut se rei, quam alijs putat salutarem, proprius accommodet. Nam quot animas putamus interea lucifieri Domino, que pervirent alioqui? Cæterū qualis fuerit, de quo loqtur Io. fides an infidelis, non constat. Illud certum tamen, dæmonia quondam electa per nomen Christi à malis. Matth. 7.

Quisquis

Quisquis enim ad bibens
dum dederit, &c.

Amplius confirmat, illum non fuisse prohibendum.
Quisquis uobis, qui ex pusillis, quibus de loquor, estis,
dederit calicem aquae ad bibendum in nomine meo, id est,
quod sitis Christi: Amē dico uobis, nō perditurus est mer-
cedem suam, id est, gratuitā Dei cōpensationem. Ille uero
riecit de monia in nomine meo. Videmus quāti sint apud
Christū, et Patrē, qui pusilli ministerio uerbi Christi sūne
mancipati. Propter eos enim pro re tantilla, quātulus est
calix aquae, mercedē recepturus est, qui dedit, modo non
propter ipsos dederit, sed quod sint Christi. Decet igitur
bone Deus, ministros, ut se tales gerāt, quales cōuenit esse
q̄t̄ iti habētur ob dectionē, et uerbi ministeriū à Domi-
no, hoc est, ut se submittat omnibus, & inferuiat, ut supe-
rius dicitū, si lucrifacere Domino ualeat illos per uerbū,
et exēpli boni cōmendationem. Animus enim Paulinus sit
in eis oportet, ut cū eo dicant: Testis enim est mihi Deus,
q̄ defuderem uos omnes in uiscerib. Iesu Christi. Philipp.
1. Nā nisi tales fuerint, quomodo per humilitatē labores
subibunt, qui sunt hic exhiburiendi docēdo, monendo, in-
crepando, consolādo, redarguendo, tolerando que cunq;
propter dicta iam exaduerso ingerere se possunt.

Et quisquis offenderit unū ex pu.

Videmus hic magis, quanti sint humiles, & fideles

apud Christum. Non solum enim illos munerabit, quilibus benefaciunt, sed etiam poenam minatur qui ipsos offendunt, seu scandalizant, id est, qui dicunt aliquid aut faciunt, quod cognitionem Dei & Christi, atque adeo fidem aliqua ratione potest reprimere. Qualia sunt omnia, quae facit mundus. Is namque cum totus sit in malo positus, quid ficeret aliud, quam quod fideles offendit? Imo & electi nonnunquam sic offendunt. quod tum fit, cum per negligentiam (ut sunt & ipsi infirmi) aliquid dicunt, aut faciunt, quod est praeter regulam fidei, aut charitatis. Videlicet igitur omnibus, ut circumspecte ambulemus, non ut insipientes, sed ut sapientes, redimentes occasionem, quod dies mali sint: maximè cum Dominus ita minetur: Melius foret illi, &c. Si hoc melius, quam scandalizare, profecto grande peccatum sit oportet, esse scandalo pueris, qui confidunt in Christum. Mitius enim erit istud genus supplicij, quam futurum maneat eos, qui scandulum ponunt. Qui de pueris & tate locum uolunt intelligi, uel ideo non aberrant, quod hi sunt, a quibus similitudo trahitur. Quamobrem si Deus curam gerit tantam eorum, qui puerorum sunt similes, quomodo non gereret curam etiam puerorum, qui tales sunt, ut pro exemplari e liquis proponantur? Amat igitur Deus & pueros, & qui sunt ut pueri submissi, & nullam sui curam gerentes, sed a Deo conditore ipsorum pendentes sicut pueri, qui, quamvis nondum per etatem Deum cognoscant, ab eis tam

men pendent nimirum per Spiritum, seu rationem quan-
cunq; qua Deus etatem eam nouit ducendam, ut cuius
est regnum cœlorum. Matth. 19. Hos autem pueros offen-
dere, grauiissimum peccatum esse nemo dubitare potest,
nisi forte qui non considerat, quam tenax sit etas illa ma-
lorum, quæ uidet, seu audit. Difficile relinquere, quibus sic
est imbuta. Quamobrem multa diligentia opus est, ut co-
ram pueris non nisi, quæ sunt honesta, et conducentia in
omnem etatem sequentem uel dicamus, uel agamus. Ali-
ter enim si fecerimus, occasione præbemus malicie, que
post patrabitur per omnem uitam: Quid tum inde puta-
mus nobis expectandum? Præterea σκάνδαλον ἀπό-
τοσκάνω, quod est claudico, nomen dicit, à ruina in-
quam. Est enim id propriè, quod in uia casum facit.

Et si fuerit tibi obsta-
culo, &c.

Docet eos, qui scandalum patiuntur. q.d. Mundus nil
nisi scandalizat, et quicquid mundum sapit. Dum igitur
apud hunc non est modus, uestrum interest cauere ratio-
ne, quam nunc prescribo. Si manus fuerit obstaculo tibi:
si pes, si oculus, hoc est, quicquid tibi usquam est charum,
ut sunt manus, pedes, oculi, nihil enim his membris homo
babet charius, amputa, abiice, erue prius quam hinc si-
nas te pati scandalū. Melius est enim sine his ingredi ad
uitā, quam cū eis in gehennā, in ignē puta inextinguibi-

lem. Vbi uermis illorum, &c. Vermis conscientiae mor-
sum significat, & ignis supplicium. Conscientia mordebit
enim, & adfliget, & cruciabit in desinenter, sed frustra.
nam tempus misericordie & benignitatis diuine pre-
terit, Iustitia uero adest, nec definet in sempiternus.
Tam acre supplicium erit autem, ut est afferitas ignis,
quo nihil pungit acutius. Atq; haec durabunt sine fine. Ni-
rum, in modo insanum, quod haec non consideramus diligentius.
Siquando horrore tanti supplicij a peccato deterriti, dare
tur gratia tandem mala uitandi per charitatem Dei. Sum-
ptus est locus hic ex 66. ca. Esa. Dicunt quidam per ma-
nus intelligi amicos, quod ut amur eorum opera semper.
Per pedem paretes, quod ab eis sustineamur. Per oculum
uxorum & liberos, quod nihil his amemus tenerius.

Nam omnis homo igne salietur.

Ne quis grauetur a dictis iam, hoc subiungit. q.d. Di-
ficile est homini abiicere quacumque ratione iunctos, aut cha-
ros sibi, sed oportet cum sic condiri, igne uidelicet tribu-
lationis. Ut enim uictima sele, sic homo salietur, id est, pro-
babitur & conseruabitur igne, id est, aduersitate, & tri-
bulatione, quae uenit ab adfectibus uincendis, & superau-
dis per patientiam. Uictima iubebatur olim salari sale. Le-
git. 2. ne non esset quam purgatissima et ualidissima. Nunc
homo purgandus est & uegetus efficiendus igne, quo o-
mnia probatur. 1. Cor. 3. Ex quo uidemus, qui in oporteat
abiisci, quicquid circa proximos potest impedire, ne Do-
minus

minus solus exaltetur à nobis: ut rectè dixerit Paul. i.
Cor. 7. Omnibus mundo sic esse nobis utendum, tan-
quam nō utamur. Cupiat enim nos esse absq; sollicitudi-
ne. Tū et Christus dicit. Matth. 10. Ne arbitremini, quod
uenerim ad mittendum pacem, &c. Et paulò post. Qui
amauerit patrē et matrē supra me, nō est me dignus, &c.

Bona res est sal, cæte-
rum si sal,

Sale uictimæ solebant adspergi, ut essent gratæ Do-
mino, sicut dictum est. Et cibi condiuntur eo, nam aliter
non essent accepti. Verum si sal fuerit insipidum, non erit
aliquis usus eius. Ita habet prorsus de homine. nam si fue-
rit salitus sale bono, & qui saporem nō amisit, hoc est, sa-
pientia doctrinaq; cœlesti, quæ per fidem est recepta, ut
ipse uictima sit Deo grata, ita sale illo, quod talē reddidit,
nihil potest esse melius. Quod si fide caruerit doctrina
illa, insipida erit, atq; penitus nullius frigi. Esto sequa-
tur quis eam pro suo arbitratu, non erit tamen aliquid
hic salutaris commodi, abest enim sal fidei, quo condiun-
tur, ut Deo grata sint, omnia. Subiicit ergo: Habete in uo-
bis ipsis saltem, fidelem inquam sapientiam. Et pacē inter
uos inuicē colite, nā ita fiet, ut nullus se alteri prælaturus
sit, sed equabilitatē culturus, imo quisq; aliū præuentu-
rū honore, etiā si quispiam à Domino p̄ homines nactus di-
p̄sandi munus aliquod fuerit. Discimus, quod sine fide

L 4 nihil

nihil esse potest acceptum & iucundum Deo. ut recte dicatur Paul. Hebr. 11. Sine fide impossibile esse placere Deo: Et quod Romanorum 14. scribit: Porro quicquid non est ex fide peccatum est.

C A P V T D E C I M V M.

Et cum inde surrexisset, uenit in fi, &c.

DOMINVS s̄epe furorem, & insaniam uitauit Iudeorum, non ueluti noxia sibi. sed ne magis, pr̄eter necessitatem, prouocaret. Redit nunc in Iudeam, quia sic opus erat, non aberat enim longè passionis tempus. Et docet pro officio à Patre commisso. Docere namq; & seruare Dominus in mandatis accepit à Patre. Ex quo facile cognoscimus, quanta res sit in Ecclesia, Docere. Magnum est pascere cibo corporali multitudinem hominum: Quantum igitur pascere multas animas: Magnum est pane & uino sustentare uitam illam temporariam: Quātum ergo, uitam conferre nunquam finiendam? Deinde per mortem delere peccata mundi solius Christi est. Nihilominus mori propter Deum confert, ut cum Christo simus olim regnaturi. secūda ad Tim. cap. 2. & cōglorificandi. Ro. 8. Quae dico, ut uideamus, quales sint, & esse debent, qui bus

IN MARCI EVANG. EXPO. 103
bis docendi munus in Ecclesia delegatum est.

Et adeuntes Pharisei, &c.

In hoc erant Pharisei, ut Dominum occiderent. quærebant igitur causas, quibus cōfilio possent uel in speciem satisfacere. nihil habehant enim, quod iustè causarentur. Atq; hoc idem factum est in præsentia. Nam pharisei tentantes, rogat. Matth. 19. An licet diuortium facere? Idem Marcus, imò aliquanto apertius: Licet ne viro uxorem repudiare tentantes illū. Stulti homines, putat capi astu posse, qui cordium & renum scrutator est. Quæstionis ambiguitas eos erexerat in spem. Cogitarant enim, si dixerit, licere, obisicietis ut improbo: Q[uod] Deus coniunxit, homo non separat. Et numerabimus, quanta mala, quæ prouenire solent ex dissolutionibus eiusmodi, stabiliat: Sin responderit, non licere, (quod et fecit) opponetis Mosen, & accusabitis, ut legis contemptorem: Igitur bene armati, & nimis propter pleni Dominum adoriantur. Hic uero Dominus, ut semper, ueritate se tuctur, Mosen præripiens, & eos cōfundens ut uel Mosis negligentes, uel fraudulentos contrase. An non legistis, inquit, quid uobis præcepit Moses? Respondent illi, non quod Dominus volebat, sed quod ipsi contra Dominum conceperant, inquietes: Moses permisit, &c. Deut. 24. Volebant capere, & capiuntur ipsi, dum Dominus rationem reddit, quare nam Moses libellum permisit repudij. Nā permisit

L 5 misit

misit ob duriciam cordis eorum, ne uidelicet grauiora fierent mala, quibus omnino fuerant obnoxij duræ ceruicis & rebelles Iudei. Theophylactus cædem inter mala ista numerat, siq[ue]s è Iudeis fuisset coactus habere, q[uod] odio habuisset. Subiungit igitur mox Dominus ex Mose, quod res erat: Cæterū ab initio creationis, &c. Atq[ue] per uerba clare docet, uiro non licere repudiare uxore. Rationes subdit: Quia Masculum & foeminam fecit illos. Et duo iam sunt una caro. Et Deus copulauit. Quāobrem parentes prius, q[uod] uxor, relinquēdi. Arcta profecto cōiunctio, ut quia iam unū quoddā sit factum à Dco, ex duobus. Vnum illud aut̄ quid ēſe potest aliud nisi cū duo fuerint: creati, masculus & foemina, matrimonij copula iam è duobus unum fecerit coniugium, & uelut unū et integrum hominē. Res igitur magna est Matrimonii. Quāobrem & diligentius in eundum, tractandum, & conseruandū. Initur rectè, dū causæ proponūtur, propter quas Deus instituit. Nempe, ut uiro sit adiutorū. Ge. 2. Ut genus propagetur humānū. Gen. 1. Ut fornicatio uitetur. 1. Cor. 7. Tractatur probè, dum moderatus est actus coniugalis. Dum est amor mutuus, et cōcordia. Dū maritus acquirit, dispeſat uxor. Dū liberi educantur in timore Domini. Dum impetrat maritus, uxor obedit. Dū ob oculos iugiter est Deus. Conseruatur autem, dum rixis caret, adulterijsq[ue].

Et in domo rursus discipuli illius.

Intelligimus Iudeos stetisse confusos, quia nihil respondent

Rpondent amplius. Arma, quibus uincere cogitarant, erant abrepta. Interim uero non satis factum discipulis fuerat, quamobrem iterum rogant in domo super eadē re. Magis igitur confirmat Dominus, quod antea, dum respondet: Quicunq; repudiauerit, &c. Adeo non licet repudiare uxorem, ut adulteri fiat coram Deo, qui repudiavit, & insuper duxit aliam. Similiter fit adultera mulier, quae repudiauit uirum, & alteri nupserit. Matthæus & cum adulterium committere dicit, qui duxerit repudiata. Idem exceptionem addit: Nisi ob stuprum. Nimirum, quod id ex diametro (ut Erasmus inquit) pugnet cum natura matrimonij. Hinc autem questio[n]es exoritur, an & ob alias causas, quæ uel pares sunt adulterio, uel grauiores, liceat uxorē repudiare? Origenes ueneficiū, parricidiū qualemq; ut infantis cōmuniſ, aut alterius cuiuspiā, &c. numerat, propter quæ putat uxorē repudiandā. Nostri causantur impotentiā, insanīā & furorē, leprā item, & peccatiū morte piandū, &c. Apud Iureconsultos adhuc quedā alie caſe recēsentur, quæ possent ab illis peti. Co. Iusti. li. 5. Et neq; obijciat, illud obſta re solutioni, quod Christus dixit: Quod Deus copulauit, homo nō separet, sciendū, hominē hic non significare iudicē, ut q; quod facit, ex lege facit, ut iā lex uerius soluerit, q; homo, sed hominē maritiū, nā nemini licet uel hic, uel alibi, iudicē esse in causa propria. Licet igitur inges in causa fornicationis, post q; permisit Dominus? Licet, ita tamē, ut adulterio

adulterio cōprobato coram iudice, iudex liberet partem
innocentem, uel potius testimonio confirmet, reum ante
flagitio suo matrimonium diremisse. Nam peccatum ipsum
dirimit, maritus accusat adulterij, iudex iudicat direm-
ptum, atq; id sententia sua comprobat. Aliter nec marito
licebit agere. Nos in hoc sumus, ut matrimonia summa,
qua fieri potest, in eātur diligentia. Caeatur, ne diuitiae,
nobilitas generis, libido, & siquid est huius generis, re-
spiciatur, sed cause, quas paulo superius indicauimus.
Nam alio si quis intenderit, raro fit, ut ea feliciter transi-
gantur, siue liberos consyderes, siue coniuges ipsos. Dein
de non minus curandum, siquid inter defponsatos, ante
nuptias celebratas, seu copulam carnalem, intercederit
displacētie, uel etiam circa illos, in quorum potestate sint
sponsus & sponsa, ne cogantur spōsionis stare. Cum enim
oporteat summam hic esse cōiunctionem & animorunt,
& corporum sit enim inter duos una caro, quid boni spe-
rabis, si initium fuerit infelicius. E quidē noui, qui sic sunt
coacti, & omnia pessime ceciderunt. Tandem & illud
huc pertinet, ut adulteria publica, & impudentia non si-
nantur impunita. Nam hisce ad hūc mōdum seruatis, spe-
randum est, honestatem matrimonialem feliciter habitu-
ram. Obiter ex Marco possumus dicere: Legem de re-
pudiādo & quam esse marito, & uxori. Item Deus eos co-
pulare uidetur, qui iure gentium, aut iure ciuili copulan-
tur, nam nec uetus, nec nouum testa: modū docet cōiuges
copulandi.

copulandi. Quamobrem dubium est, an Deus coniunxit,
qui per lenas ac lenones, per uiolentiam, per stulti-
ciam & incogitantiam male coniuncti sunt. ut uerbis
Mar Erasmicis.

Et adtulerunt ad eum pue-
ros, ut, &c.

προσέφερον est hic, et apud Luc. 18. Et apud eum
dem τὰς Βρέφη infantes, ne quis putet pusillos intel-
ligi, de quibus ca. proximo dictum. Bona uero hominum
existimatio de Christo prehenditur, qua tribuebant ei, si
pueros solum tangeret, feliciores futuros, et diuinæ bo-
nitatis aliquo modo participes. Id enim est tangere, et ut
Matth. habet, manus imponere. Discipuli non expenden-
tes bonam in illis mentem, increpabant eos, uel pueros in-
criptos iudicantes qui adsequerentur, quod parētibus erat
in uotis, uel quieti consulti Domini, ut qui modo plus
satis et à phariseis, et à se fuisset diuexatus, utrinque
non admodum prudentes. Nam quae potest etas esse gra-
tior Christo, quam puerilis, ut pote quae iamdum et in-
nocentior, et ad gratiam suam accipiendam aptior exi-
stet? Sunt enim et pueri contaminati peccato, et propte-
rea filij irae, gratia passionis dominice indigentes. Cum
autem per se nondum quidpiam mali patrauerint, sicut
reliquæ etates, quod Dominus obtulit modo, præ cete-
ris omnibus accipiunt. Vnde et Christus dicit, regnum
cœlorum

cælorum ipsorum esse. Quis dubitaret aut, eos esse gratissimos illi, qui primi, quod obtulit, exciperet? Quod ad finet autem ad quietem, non potuit esse magis quietus Dominus, quam dum distribuit quæ obrem uenerat in mundum, etiam negotiosissimè. Quod discipuli fecerunt, carnalis fuit prudentia, uerum interim quia pugnabat cum dignitate Christi, qua constat, dum et infantes sua passione seruat, nullam rationem, nullum studium, nullum opus, nullum meritum huc quicquam facere, ut salus patiatur, sed solam ipsius mortem, indignius ferebat, quod egerant discipuli. Quam obrem indignatus est, et dixit:

Sinite pueros uenire ad me, &c.

An putatis, q.d. illis nihil esse debere mecum commercii, qui grati sunt tamen præ cæteris? Aut eos non pertinere ad regnum cælorum, cum uere talium sit regnum Dei? Neque hoc solum, sed quicunq; non acceperit, &c. Oportet omnes tales esse, quales sunt pueri, ut qui nihil sibi tribuant iusticiæ, et gratiae Dei prorsus non repugnant, alioquin non intrabunt in illud. Ex quibus constat, quam infantium exemplum debeat esse nobis, quos operum uexat meritum, ante oculos semper. Placent enim, quæ nostra sunt tam impotenter, ut ea iudicemus uel cœlo paria, et nemo potest hinc excludi. Nam etiā ubi dignatus est nos sua gratia Deus, superbia bene actorum uexat. Cum apud Patrem tamen nihil sit magnum, et in precio, nisi solus filius. Nam
duas

dum placent homines, per filium placet, haud aliter. Hic est ab baptista obijcit, talium dicere Dominum, non illorum, non cogitans, talium non ad etatem referri simpliciter infantium, sed ad conditionem animi, uidelicet qua nihil sapientiae, aut iustitiae, meritiue sibi homo adscribit, quemadmodum infantes faciunt. Quo circa et id, quod necessario, id est, per salutem oportet esse in adultioribus, in pueris inest, ut ex exemplo reliquis proponantur. Ergo quemadmodum regnum coelorum tribuitur his, qui sunt ut pueri, quomodo non tribueretur etiam ipsis pueris? Sic obijcit autem, ne cogatur permittere baptismum aquae in sanctibus. Res digna contentione, et tumultu scilicet.

Et cum cepisset eos in ulnas, &c.

Tractatio hæc, et benedictio, an non manifestè docent, quod dilexerit pueros? Quod si dilexit, confirmatus redit, quod dictum est: Illorum esse regnum Dei. Non debet enim Christus nisi suos, qui et ad regnum ipsius pertinent. Nemini uero dubium esse credo, quin benedictio Domini fuerit efficax, quapropter pueri illi, siue mortui fuerint in etate puerili, siue superuixerint, felices manesse perpetuo.

Et cum exiret, &c.

Veluti exemplo docet hæc historia, que modo sunt dicta, quam uidelicet necessarium sit, qui uolunt ingredi regnum

regnum Dei, puerorum esse quam simillimos. Quamvis enim princeps ille, ut Luc. cum uocat, præcepta Dei scr. uasset ab adolescentia, nihil egerat tamen, quod promoueret ad regnum cœlorum, non ob aliud, nisi quod non erat sicut infans. carebat enim fide uera, que tales facit adul-tos, regenerat enim hæc, atq; ad infantile simplicitatem reuocat, atq; sic quidem, ut homo talis permaneat usq; in finem. Adolescens igitur hic. (ita Matth. adpellat) Domini-num ante interrogationem ornat titulo Magistri, et reuarentiam exhibet, genua flectendo, et questionem facit, non prorsus absurdam. Nam inquit, Magister seu prece-ptor bone, quid faciam, &c? Quibus indicat se nonnihil de sua bonitate præsumere, animo quamvis simpliciore. Id ipsum igitur Dominus cognoscens, priusquam respon-deat, reprimere tentat, dum dicit: Cur me dicis bonum? Nemo bonus, nisi unus, nempe Deus. Cauere uidetur Chri-stus, ne mox hominem commoueat, et à se abalienet, dum ita loquitur. Cur me dicis bonum. Nō autem, cur te ipsum iudicas bonum? Exprobratus enim superbus animus il-lud effecisset, ut quæ sequuntur uerba Domini, et ado-le-scentis fuissent intermissa non sine magno danno pietatis. Ex eis namq; uidemus operum legis imperfectionem, et iusticie fidei perfectionem. Tum etiam alia quedam, quæ paulo post audiemus. Nemo bonus, inquit ergo, nisi unus, nempe Deus. Quibus uerbis à se nō rejicit bonita-tem, nam et ipse Deus. Sed animo illius ea proponit, ut qui

Qui debebat hinc agnoscere suum errorem circa bonitatis propriae existimationem, & illam acceptam ei referre, sine quo nemo bonus. Esto enim quod & ipse bonus fuisset ex operibus legis, iam propterea bonus non erat, quia sibi, non Deo bonitatis fonti illud ipsum tribuebat. Non prætereundum est, quod Christus dicit: Nemo bonus, &c. ut uideant homines, quibus est gratia Dei ad legis cognitionem, & ut eam diligent, & prouiriliconentur exprimere data, siquid hic effecerint, cui nam id sit adscribendum: Non profectò sibi, quia nō sunt ipsi boni: quā obrem nec boni quidpiā agere possunt: Sed Deo, quē solus bonus existit, atq; ideo, siqd legis illi factis exprimit secundū Dei uolūtatem, id ipsum, quia bonū, Dei est operatis per illos. Quæ dico, ex uerbis Domini clarissima putamus. Nā si nemo bonus nisi solus Deus, si quis bonus, ex ipso, et per ipsum bonus. Et quis poterit hiscc corr.

Præcepta osti: (tradicere)

Christus bonitatis opinione in adolescentia labefactata, nunc respōdet cū interrogatione tamen, an præcepta noscat decalogi: præsciens quid esset responsarius adolescentis: Verum cō sensim ita peruenit, quō uolebat, nempe ut illum sibi posset indicare, quā uidelicet aberraret longissime, dum esset persuasus, præcepta se ab adolescentia scruasse omnia. Seruauit fortassis pharisaico more, id est, opere externo, quo modo Paul. erat irreprehēsibilis. Philipp. 3. Sed non qualiter Deus uoluit, hoc est, per fidem, et

ex fide, nam de crat charitas & abnegatio sui.

Iesus autem intuit. &c.

Docent hæc uerba, nō penitus adolescentē fuisse mā
lum, sed tamen stultulum, quod ex operibus legalibus ni-
mium sibi tribueret, & diuitijs esset plus satis deuotus.
Intuitus enim Domini, uidetur exponi per ea uerba, que
sequuntur: Dilexit eū, uel cōtentus erat super eo, uel plā-
cidè cum eo egit, est enim *ηγαπη νοτης αυτου.*

Vnum tibi deest. &c.

Q.d. Dominus: Esto ueritatē dicas, dū adseris omnia
te seruasse ab adolescentia, sciendum est tibi, quod in illis
comuni more custoditis, nō est perfecta iusticia sita. Nam
tametsi quis inde gloriari potest, non ualat id tamen nisi
apud homines. Vnū ergo deest tibi, quod in causa, cur et in
multis adhuc alijs gerere te nequeas ut pfecta pietas exi-
git. Atq; id est, ne dubites, Diues es, & diuitijs plus & quo
tribuis, unde charitatis operis. nō sic inuigilas, quēadmo-
dum decebat de bonitate gloriantē. Si igitur uis esse perse-
ctus, abi, et quæcūq; habes uēde, et da pauperibus, et habe
bis thesaurū in cœlo, & ueni sequere me, sublata in hume-
ros cruce. Breuibus his uerbis Christus docet, quæ n̄ sit
perfectio Euangelica, nempe abnegatio sui, & omniū ter-
renorum. Abnegamus aut̄ nosip̄os, dum crucē nostrā tol-
limus, ferentes, ac per patientiā superantes, quæcunq; no-
bis imponit Deus. Inuisit enim homines, pr̄sertim suos,
multis, imò et continentibus malis, his quidē arguēs, illis
à peccando

¶ peccādo terrens, usq; dū eos prorsus tollit ē medio. Hie itaq; crucē nostrā ferimus, dū humeris in nomine domini subiectis expectamus in patientia finē. Abnegamus terrena, dum ea possidemus, tanq; nō nostra, sed Dei. Tū et cum indigentibus ipsa cōmunicamus. Diuitiae, inquit, David si adfluāt, nolite cor adponere. Et Paul. Mūdo, liberis, hono-ribus, diuitijs, et si qua sunt similia, debemus uti, tanquam non utamur. Atq; hoc tandem est uēdere, quæ quis habet, & dare pauperibus. Animo nāq; libero existēte, sequi licebit Christū sine impedimento. Contrā uero dū is terre-nis seruit, nihil minus potest. Sequētibus enim Christū, ten-dendū est sursum: quo circa quæ deprimūt omnia dei ci-enda quantū fieri potest. Thesaurus aut̄ ita parabitur in coelis, hoc est, cœleste pro terreno, perpetuū pro tēpora-rio. præteribit enim habitus huius mūdi, solus Deus pma-net unā cū his quæ ipsius sunt, nā anni eius non deficient.

At ille molestia adfect, &c.

Hinc iā patet animus adolescentis glorioſuli propter opera sua, & quām aberrari, dum arbitratus est se legis mandata seruasse semper. Speciētēns custodierat, nō ue-re, quia deerat charitas, et quæ omnia nostra commendat, p̄uid Deū, fides. Sermo Dei facit hilares omnes ueritatis amates, ignitus est enim, et clipeus omnib. sperantibus in se. Ille aut̄ tristis inde factus abiit. Ergo nondū erat uerē Dei amans, atq; adeo ueritatis Dei. Id quod magis cōsta-bit adhuc ex causa, quæ dicitur. habebat enim possessioes

multas. Quicquid igitur impedierat adolescentem in itinere legem rectius prosequendi, à diuitijs erat, ijs cor ad posuerat: quamobrē & si quidpiam boni animi fuerat, ab affectu diuitijs dedito contaminabatur. Possimus hinc multa discere cognitu certe non inutilia. Ut hominis arrogantiam in operibus suis estimandis. Placent ei sua quocircum magnificat, putans & à Deo taliter estimari debere. Hic uero animus uel est prauus, sicut phariseorum, cum talibus Deo nihil esse potest commercij: Vel est ex simplicitate stultulus, ut ita uocem, qualis fuit huius adolescentis. Hos uidemus Dominum souere, & ducere ad cognitionem erroris. Ex quo & nobis est agendum, si quos eiusmodi firmi nos iam inuenemus exemplo Domini. Sunt enim nostra tēpestate duriores, & morosiores quidam, quam ut hac moderatione sciant uti. Constat item, legem facere sine fide & charitate, non esse iusticiam Dei, quamvis diligentem quis hic nauet operam. Perfectiōnem autem Euangelicam, Sequi Christum abiectis omnibus, quae remorantur dilectionem perfectam Domini. Insuper quae damus pauperibus propter Deū, apud Deum reponi certum est. Ergo, inquis, eleemosyna meremur aliquid. Absit ita loqui ab ore pio: Nam meritum fidelium est Iesus Christus solus. 1. Cor. 1. Eleemosyna uero permissionem habet mercedis, quod probet charitatem, & charitas fidem in meritum Christi. Nam non alia quidem eleemosyna mercede accipiet, nisi quae sit propter Deū.

Taliter

Taliter autem dum fit, ex fide fit, ob quam merces à Deo
promittitur. alioqui nāq; Paulus dicit: Etsi insumam in
alimoniā omnes facultates meas, charitatem autem non
habeam, scilicet probātem fidem in me ueram, nihil utilis
tatis capio. Vnde eleemosyna impiorum non habet pro-
missionem, quia fide caret, atq; ideo dilectione. Habet in-
quā promissionem, Daniel. 4. ubi sic scriptum legimus:
Quām obrem rex, consilium meum placeat tibi, & pec-
cata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas miseri-
cordijs pauperum, forsitan ignoscet Deus delictis tuis. Ha-
bet, non negamus, sed ut modo dictum est, si facta fuerit
ex charitate Dei. Adhuc manebit ergo, eleemosyna sine
Deo, seu fide in Deum, nulla est. Nam ea dum utimur ue-
rē, non erga miseros utimur, sed erga Christum. Igitur ci-
bantes pauperem, Christum cibamus. Amiciētes nudum,
Christum amicimus: & ita sentiendum de reliquis operi-
bus charitatis. Nūquam enim poterit effici uanum, quod
Christus dicit Matth. 7. Arbor bona bonos fructus facit:
Putris autem arbor, fructus malos facit, &c. Quocirca
si eleemosyna facta fuerit sine fide, non ex arbore bona
prodijt, atq; ideo Deo non est grata. Sine fide enim im-
possibile est placere Deo. Sed hac de re satis. Tandē quod
adulescens discedit propter facultates tristis, interim
autem non responsans, aut obmurmurās, docet animum
habuisse, ut diximus, non prauum. Interim tamē uidetur
non intellexisse uerba Domini, ut pote qui de affectibus

ab ieiundis significarat, non de possessionibus ipsis, nisi
tempore sic postulante propter ipsum.

Et cum circunspexisset Iesus, &c.

Circunspiciebat Dominus, ut solent, qui sermonis sale
uulnus crudū cuipia ad dolorē adsperserūt. q.d. Videbis
discipuli, ut gloriolum ille nūc abeat, postea quā ostendi,
reiecta bonitatis opinione, ubi nam lateat, quā obrem ad
perfectionē non queat adscendere? Ante aures uestras, &
oculos ita disputare cū adulescēte uolui, ut intelligeretis,
quām eſſet res minime ad regnū ccelorū pertinens, cupidi-
tas et amor nimius diuitiarū, quamq; expeditū eſſe opor-
teat ab omnib. sēculi rebus eū, qui me rectē uelit sequi. Vi-
detis item, quām difficulter hi, qui diuitias habent, in re-
gnū intrēt Dei. Quæ quidē uerba, uidetur Christus non
sine dolore pronūciāſſe. At quia dixerat: Qui diuitias ha-
bent, discipulis obſtupescientibus, clariss loquitur uerbis
ſequētibus. Filij, quām difficile eſt eos, qui fiduciā habent
in pecunijs, regnū Dei ingredi. Patet enim diuitiarū ma-
gnitudinem per ſe nunquam fuisse cuiquam obſtaculo ad
uerē colēdum Deū, adeoq; ad ingrediendum regnū eius,
ſed ad ſeclum in eas iusto uehementiorem. Vnde locus hic
exponit, quicquid ferē potest apud Christianos in queſti-
onē uenire de diuitijs. Eſt qui uexatur auditis locis Euā-
gelicis de paupertate piorum diſſerentibus, deq; contem-
ptu diuitiarum, quod multa poffideat. Alius, quod neſciat
quomodo

quomodo sint diuitie partæ. Alius ite, quod redditus accipiat annuos. Mederi potest illis sententia Domini, non sit eis in pecunias fiducia: hoc enim si fecerint, si uenerit indigus, subuenient pro uirili. Si Dominus uel ipsos auferet à bonis, uel ab ipsis bona, non morabuntur. Atq; ita quietem nacti in medijs possessionibus, agere possunt feliciter. Sic docet Paul. Timotheum suum. Diuitibus huius seculi præcipe non sublime sapere, neq; sperare in incertis diuitijs, sed in Deo uiuente, qui præbet nobis omnia a fatim ad fruendū, ut benefaciant, ut diuites sint operibus bonis, ut faciles sint ad imparciendū, libenter cōmunicantes, recōdentes sibi ipsis fundamētum bonū in posterum, ut adprehendant uitam eternam. Ecce non iubet abiçere diuitias, sed non fidere, rectè uti, libēter cōmunicare, Benedictio Domini sunt enim id quod & habetur. Pro. 10. Gen. 30. & alibi sēpe. Quod si constiterit uero partas ini- quæ, quid facies, nō extante cui fraus est illata, nisi quemadmodū diximus? De parandis legatur Paul. 1. Tim. 6.

Facilius est camelum per foramen, &c.

Simili Dominus utitur, quo difficultas, de qua dixit, intelligatur, facilius, inquiens, esse camelum animal tam gibbis tortuosum, transire per foramen acus, quam diuite in regnū Dei. Cōsyderemus miseriā humanā: non enim diuitiarum est haec culpa, sed depravatæ nature nostræ.

Nam φιλαυτίæ, quam nemo non à primordio uitæ etiam secum in sinu circumfert, & id quidem blanditer, non tam uult, ut necessarijs abundemus, quām ut uoluptuarijs, quāuis hic philosophia reclamat. Dū nihil est enim, pro necessarijs laboramus: Dum necessaria sunt, pro uoluptuarijs. Vnde non abs re dixit ille: Crescit amor numeri, quantum ipsa pecunia crescit. Videmus autem, ac sentimus, quantum adminiculi ferat ad uoluptatem corporis diuitiæ, quamobrem eas cupimus omnes, nec cupimus solum, sed artibus adeo mirificis ad eas parandas ut imur, ut constet non sine malo dæmonis auxilio miseris illuc penetrare. Cæterum nō solum hoc, sed ad omnia, que curæ solent esse nobis in uita, subsidium præbere uidentur. Cibant, portant, uestiuunt, domicilium exhibent, dant honores, faciunt amicos, tollunt in sublime, ut breuiter dicam, quapropter nihil est quod magis concupiscamus. Hæc iam cupiditas, quām obsecet animos, uel Ethnicus ille breui docet uero: Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra famæ? Quām nemo locupletior testis esse possit, quām Dominus noster, ut hoc loco uidemus. Paul. item ad Timot. ut paulo antè citauimus, ubi radice omnium malorum ait esse studiū pecuniae. Et Col. 3. ubi uocat idolatriā. Hec cæcitas ergo difficultatem infelicem illam parit, de qua Dominus loquitur: magis autem dum diuitiæ iam adiungit & in potestate habentur. Nam lux Euægelica, ueritasq; dum proponuntur diuitibus, & cæcis proponuntur & surdis

IN MARCI EVANG. EXPO. III

surdis. Et plerūq; dum putant quidam audire se, atq; uēdere, quamobrem & offenduntur, magis adhuc fiunt tumecti, tum surdi, unde difficultas ista non parum augescit. Ob hanc igitur de discipulis scribit amplius Euangelista:

Illí uero supra modum admirati sunt, &c.

Admirati sunt discipuli iamdum, ut homines non planè spirituales, & ita quoq; intra se loquuti sunt, cum interim uoluissent tamen multos intrare in regnum Dei: Videlicet hoc omnes ferri mortales, ut quām plurimum possideant. Iesus igitur intuitus eos (qui mos ei fuit, dum memorabile quidpiam dicere uoluit) quō desperabundos ferre iuuaret: Apud homines, inquit, impossibile, sed nō apud Deum. Nam omnia possibilia sunt apud Deum. Quibus uerbis Christus docet in tam horribili affectu planè pendendum à Deo, omnibus humanis uiribus pro nihilo dulcis. Itaq; Dei est, uendere posse diuitias, ut iussit Dominus, & dare pauperibus. Quid si res ita habet circa diuitiarum affectum, aliter habere non potest & de cæteris affectibus omnibus. Quid igitur docet Theologorum philosophia de hominis uiribus, tanquam in causa salutis ualeant aliquid? An sic adserere, non est contra Christi uerbum adserere? Imò an non est Christum uelle mendacij conuincere? Abeant tales Christiani, quō digni sunt, ut potente non tantum Christo deferre ualent, ut solus seruet,

M 5 quin

quim per humanas uires aliquid etiam addi contendant. Adeo superbit animal illud rationale, ut audeat se Domi-
no nostro Iesu Christo in salute comparanda propemodum
æquiparare. Audiant igitur mites & pij uiri Dominū uer-
bum (apud homines impossibile) & discat dare gloriam
Deo, & si gloriari uoluerint, glorietur in Domino. Iere-
9. et 1. Cor. 1. Nā apud hunc omnia possibilia, miseros ho-
minū ad delinquendum adfectus mutare potest, ut quē-
admodum ante a mundo fuerāt deuoti, deinceps cœlestia
petant. Atq; hic tum uires addit, ut quod petūt efficaciter
prosequentur, Deū laudates, et benedicentes in fine usq;

Et cœpit Petrus dicere illi. Ecce.

Petrus auditis Domini uerbis, cœpit nimirum sibi
nonnihil placere, quod ea pariter cum cœteris discipulis
seruasset. Quamobrem ita nunc loquitur: Reliquimus
nos omnia, & sequuti sumus te, quēadmodum adulescen-
tē iuisti. Quid igitur exspectādum inde nobis? Quam-
uis, autem Petrus hec non sine carnali affectu loquen-
tur, utpote glorians, quod omniareliquissent, & de præ-
mio rogās, Dominus tamen respōdit benignissime, pro-
missionem grandem faciens, ne quando relabendi, dum
turbarentur persequitionibus, subiret animus. Inquit er-
go: Amen dico uobis, à iuramento incipiens, quo uerbum
missionis foret certius ac firmius: Nullus est qui reli-
quit domum, &c. Non solum discipulis promittit, sed o-
mnibus

mibus, qui paria fecerint, id est, reliquerint magna illa, domum, fratres, sorores, patrem, matrem, uxorem, liberos, agros propter ipsum, et Euangelium. Et quid his in terris maius? Promittit, inquit, hic pro singulis centuplica, ac in futuro saeculo uitam aeternam, uerum non sine perse quutionibus: Omnes enim qui uolunt pie uiuere in Christo Iesu, persequitionem patientur. 2. Timo., 3. Vbi quidem diligenter notanda que sequuntur. Derelictione haec non est aliter accipienda, quam paulo ante uenitio bonorum. Ad affectum enim referendum est utrumque, nam is uenit, et relinquit, etiam si res ipsa in possessione retineatur. Exemplum (quod sciam) deest, ubi sic actum sit, quemadmodum Christi uerba secundum literam sonant, si Domini discipulos exceperis in derelinquento. Venditionem nulli reperies, nam in Actis apostolicis uendiderunt quidam bona, sed ita, ut nihil minus de pecunia, quam acceptarunt positam in commune, sustentarentur. Cauendum autem ne quis aberret sensu de eo, quod Dominus dicit, mea causa et Euangelij. Nam in Papismo multi et monachi, et eremitae facti sunt in hac ratione. Et anabaptistis persuasissimum est, se relinquere propter Christum et uxores, et liberos, et agros, et omnia, cum nihil minus faciat. Ignorat enim illa relinquere propter Christum, et Euangeliu nihil esse, quam eis non obsequi, dum uelint, seu iubent, quod non placeat Domino. Tu et habere affectum ea relinquendi penitus, si pertinaciter impedimento fuerint satagenti sequi.

sequi Dominum, ut uidelicet cogatur uel illa, uel huc deserere. Ceterum quomodo tu facies propter Deum, aut Christum, quod ipsi nolunt? An fieri monachum papisticum, aut destituere liberos placebit? Non credo, sed ambulare per charitatem. hinc enim noscuntur discipuli Christi. Io. 13. Sed ubi domus, fratres, parētes, &c. inquis, ubi alios reliqueris? Breuiter, Patrem habebis Deum multis millibus patrum excellentiorem, atq; hunc in cœlis, de omnibus prōspicientem quam efficacissime. Habebis et in terris patres Doctores omnes pios. Fratres item, & sorores omnes Christianos, similiter & domos, & agros illorum, communia nanc; facit omnia charitas Euangeliæ. Itaq; nihil potest Christū reclamantibus deesse neq; hic, neq; in futuro, ut iam satis est auditum.

Multi autem primi erunt postremi.

Diligentiam uult Dominus his uerbis indere discipulis ne securitate nimia cadant in negligentiam, atq; periclitentur: Qui stat, inquit Apostolus, uideat ne cadat. Lubrica est uia mundi, insidiatur malus ille dies & noctes generi humano, ponitq; laqueos, quibus capiat. Et carnis affectus, mirum est, quam sint ad ejusdem uia Domini potentes. Quare diligenter est uidendum, ne dum sumus Domino iuncti, per negligentiam aliquando separemur. Contrā ne desperemus dum separati sumus, fieri potest

test enim, ut siamus coniunctissimi. Iudas sit exemplo, Iudei, & gentes. Putant quidam ad Iudam Dominum in primis respxisse.

Erant autem in via adscen
dentes Hieros.

In itinere Hierosolymam uersus Christus præcedit, di
scipuli sequuntur in præsens, & sequuntur pauefacti ac
timentes. Et quid subesse causæ putamus? Audierant supe
rius mala contra Dominum in ea ciuitate futura, quamob
rem non poterant pro carnis imbecillitate secus, ut qui ti
mebant alcam fore cōmunem sibi cum Christo. Cæterum
tam absuit, ut Dominus illum stuporem leniret: ut ipsis ac
cerfis iterum exponeret, quæ dira Hierosolymis essent
obuentura sibi. An uero non dirum in ciuitate sancta Dei,
missum Patris tradi uiris primarijs in cognitione legis,
& omni religione, cōdemnari ab ijsdem ad mortem, tra
diq; gentibus ad illudendum, ad flagellandum, ad conspi
endum, ad occidendum? Nihil profectò magis dirum, tum
quod adtinebat ad Christum filium Dei uiui, tum quod ad
uiros illos primarios, eos uidelicet peruenturos in tan
tam insaniam, atq; scuiciem, ut promissum occideret Dei,
tum quod ad gentes, quarum manibus tam indignis sic
deberet tractari filius Dei. Quare uero Dominus hoc fe
cerit, causa in promptu est, uoluit enim eos sic exerceri
ad futura pericula, & mala. In primis autem, ut mortem
ipsius

ipius ferret & quius, postquam ex predictione hac cognos-
sent uolentem, & ex Patris consilio ducendum. Tametsi enim
Lucas scribit, eos nihil horum intellectuisse, non hoc uult ta-
men, ueluti non fuerit uerborum sensus eis cognitus, sed
quod multa obsterint, quare ad crucis mysterium non ua-
luerint penetrare adhuc. Inter que quidem non puto po-
strem fuit, quod antea confessi erant: Ipsum esse filium
Dei uiui, nunc autem audire tam horrenda cogebantur.
Quamuis igitur de resurrectione quoque subiunxi set ter-
tia die futura, ex qua solatum, quantumuis mortis men-
tione turbatis, debuisset immitti, tamē quia carni facilius
uidebatur non mori, quam à morte resurgere, imo & me-
lius, neque illam sic accipiebant, quēadmodum conuenisset.
Quocirca uisum est forsitan aliud quidpiā testo sermone
significari, quam quod uerba sonaret, cū ita loqui Domino
esset quam familiarissimum. Discimus ex his, quae Christus
egit, præstare uera loqui cū proximo, quam iucunda: tum
inculcāda sepius, ad quem uolumus ut adsuefiāt homines,
quō minus dum adsunt, lēdere possint, qualia sunt tribu-
lationes, persequitiones propter Euangeliū, infirmi-
tates, bella, pestis, fames, mors, &c.

Et accedunt ad eum, &c.

Quodrogant duo filii Zebedæi, occasio nimiriū data
est ex mentione resurrectionis. Existimabant enim tunc
regnū suū, de quo toties dixerat, Christū exuscitaturum.
Quia

Quia uero certi uolebant esse de eo, quod erant petituri, consilium præmuniunt his uerbis: Præceptor, uolumus, &c. Matth. quod dicit, matrē petiſſe pro filijs, Christum aut̄ respondiſſe filijs tantū, cōſtat matrē ab his iſtigatā, et Mar. hic rectē dicere, taliter petitum à filijs. Videmus ambitionis ſcintillā eos agitaſſe, ad quā quidē caro tā eſt procluſis, ut neſciā ſi poſſit unquā illo adfectu q̄uis etiam ſancta carere. Adeo præ cæteris adfectibus omnibus miferos uexat. Cōſyderent hoc ipſum, quos Deus præter cæteros dotauit singularib. donis, ne ijs abūtantur pro ambitiōnis ſtimulo ad ſuā ipſorū utilitatē ſeu gloriā, nā lubrica eſt uia mundi, faciliuſq; cadūt, qui ſunt illis muneribus, ni diligēter ingrediantur, & caueant, honorati. Verū quid Christus ad iſta? Quid me uultis, inquit, facere? Tū illi: Da nobis, ut unus, &c. Liberè dicit, atq; nimis interim ambiſioſe, quod erat in animo, putātes forſan aliiquid eiusmodi ſibi deberi. Sed Christus mox indicat, quām eſſent imprudentes, dum ait: Nescitis quid petatis, ac ſubiungit, ex quo poterant (ſi ſapuiffent) intelligere non diſſiculter ignorantiam, ac imprudentiam ſuam: Potestis, inquiens, bibere poculum, quod ego bibo? & baptiſmate, quo ego baptizor, baptizari: Intelligit autem & per poculum, et per baptiſtum paſſionem, ſicut etiam alibi. ut Matthæi 26. Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte. Et Lucae. 12. Ego baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coartor, donec perficiatur? Pater poculum illud
ebibendum

ebibendum misucerat. Et baptisme passionis mortali-
tas carnis erat abluēda. Præ nimia uero cupiditate, quod
petebant, adsequendi, ualde respondent temerarie: Possu-
mus dicentes, non quidem uiribus suis fidētes, ut Petrus
Matth. 26. sed de syderio honorum, sperabant enim se con-
festim audituros, sedebitis ergo sicut petistis. Verū longē
secus euenit: Christus enim, quia ordinarat illos ad reg-
num Patris olim accipiendum, id quod per multas tribu-
tationes pro Domino suscep tas ex fide comparatur, sub-
iungit: Bibetis certè poculum, quod ego bibo, et baptisma
te, quo ego baptizor, baptizabimini, non nunc quidem,
sed postquam melius de regno Patris intelligentes ali-
quando, nihil nō pro ipso libenter subibitis, sed sedere mihi
à dextris ac sinistris, non est meum dare, sed continget
quibus paratum est. Mensem igitur Christi talem esse ar-
bitramur. q.d. Patiendum est uobis, quae de re non est du-
bitandum. huc igitur parabitis uos, ut uidelicet omnia pro
nomine Patris & meo toleranter suscipiatis, de præmio
ne tantillum quidem cogitantes, tum ob charitatem Dei,
tum ob illius certitudinem. Pater enim pro suo arbitrio
paruit quod dare uult pro gloria sua laboratibus inter-
ris. Vnde non ad præmium est respiciendum, sed ad dili-
gentem, & fidem laborem, ut qui ad sanctificandum
nomen Dei susceptus non careat sedulitate, & in fide pe-
ragatur. Sic fiet enim, ut Pater laboris studium intuens
præmium, quo de minimum cogitatum est, cumulatissime
persoluat.

Persoluit. Non est igitur meum dare uobis, quod petitis,
 Præsertim qua ratione petitis. Nam fingitis regnum ter-
 renum, & in eo me futurum regem terrenum, hic uelle-
 tis mihi dignitate, & potestate proximi esse, quod qui-
 dem dare sic non est meum, quemadmodum tale regnum
 haudquam crit. Quod autem adtinet ad regnum Pa-
 tris, hic ipse parauit omnia prout suo, priusquam iace-
 rentur etiam fundamenta mundi, & sicut parauit, ita di-
 stribuet, dum sibi uidebitur, iuxtam eam collocans unum-
 quenq; prout sedē destinauit. Ne quis uero dubitet, qui-
 bus nam sic Pater ordinari, dicam paucis. Iis nēpe, quos
 elegit in Christo. Eph. 1. Tales sunt autem, qui fidem ha-
 bent Christi, & eam probant per charitatem. Ex his o-
 mnibus iterū uidemus, qualiter agendū sit cū imbecillib.
 de quibus spes esse potest salutis. Deinde que nā sit im-
 prudentia carnis, queq; ad se cluum miseria, etiam post-
 quā fide Christi sumus aliquatenus imbuti. Præterea ele-
 ctis Dei multa patiēda propter ipsum esse, multæ nanq;
 tribulationes iustorū, sed de his liberabit eos Dominus,
 utpote, collocaturus in sedes, quas parauit, ut dictum est.

Et cum audissent decem,

cooperunt indignari.

Et cur inquis indignari? Iniquius tulerunt, quod duo
 ceteris se se prætulerant, existimantes inter ipsos esse,

N quibus,

quibus, si quid huius esset futurum, condignius tribueretur. Idem adfectus in utrisq;. Quā obrem simul omnes ad se Christus uocans, sic adloquitur: Scitis, quod qui uidentur imperare gētib⁹, &c. Dum non intellexerant de regno Christi, quae dcbebant discipuli, subinde uexat eos cū rapiditas honorum. Nam et superiori cap. Dominus illam conatus est expellere, et ad demissionem sui perducere. Quod autem parum effecerit, hinc patet. Dicit ergo: Dominiū quod uos, dū carnaliter de regno meo cogitatis, agit, inter gentes est, non inter eos, qui mihi sunt adhaerentes, ex quorum numero uos estis. Illic qui imperium obtinent nō tēxūpi: uos, id est, dominium, et uelut ty- rannidem exercent in homines et eoru bona, uendican- tes ea sibi, et pro libitu abutentes. Non sicut erit inter uos, etiam si quondam estis in Ecclesijs aliquid habituri pree minētie. Sed uestrū præesse ministrare erit, atq; ideo seruum esse omnium, idq; per uerbū, et charitatis opera. Huic igitur totis animis incumbendum est uobis, huc omnis co- gitatio dies noctesq; dirigenda. Nam aliter si feceritis, non erit rectum, et pro officio, quod agetis, in oculis Patris. Sim ego uobis hic exemplo, qui ueni quidem, non ut mihi ministretur, sed ut ipse ministrem. Non opus est itaque ut aliò respiciatis, quam ad me, qualiter ego feci ha- ctenus, et deinceps facturum me conspicietis, dum o- mībus ministro, imo dum pro multis animam daturus sum redēptionem, taliter et uobis sequendum est, et
non

non aberrabis. Summa, quibus Christus claves commendauit, illorum est per Euangelij doctrinam, & per charitatis beneficentiam seruire. Tum expectare propter ea tribulationes multiplices, ac eas si acciderint uincere per patientiam. Videant ergo, qui iactant illas sibi datus à Christo, quid horum faciant? an quid faciant? an aliud faciant? Imò an' non planè contrarium faciant? Co-
gitent item Catabaptistæ, quām hic planè nihil sit, quod patrocinetur ipsorum errori de Magistratu Christiano non habendo, nam uerba Christi (non sic erit inter nos) ad illum non pertinent. Quod si uero pertincent,
doceant & ipsum ministerium esse, non tollerent. Ex-
empla ueteris testamenti, ut Moses, David, Ezechias &
ceteri, facile probant, quod dicimus. Deinde quantum
sit discriminis inter Magistratū pium, & ethnicum con-
siderandū. Consyderandum uidetur et illud, quir Christus
finat discipulos toties relabi in eundem affectum,
quibus tamen ad tantum munus, prædicandi uidelicet
Euangelium in toto mundo, uolebat uti. Non enim aliud
in causa fuisse uidetur, quām ut cum ad se clū sensim, atqz
ideo melius eradicaret. Nec non ut alijs eodē morbo uitia-
tis ipsi discipuli felicius mederi possent olim. Solatiū est
etiam in exemplo, quod Deo deuotis prōdeſſe ualct, quos
inuitos peccata subinde conturbant, dū uident discipulos
non abiectos à Domino, sed docendo fultos, donec ad per-
secutionem uenire potuerunt. Postremo quod Christus dicit,

animam se dare suam redemtionem pro multis, non pugnat cum illo Baptiste: Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi: Christus enim respexit ad inobedientes fidei, Baptista uero ad mortis Christi precium.

Et ueniunt Hiericho, &c.

In itinere Hierosolymam uersus erat oppidū Hiericho, quā dum transferat Iesu cum discipulis, et turba copiosa, iuxta uiam cæcum qui mēdicabat repertum sanat. Fuit is filius Timæi (id enim sonat Bartimæus, nam Bar filium significat Syris) omnibus notus, quamobrem et miraculū fuit certius, et admirabilius. Strepitus præteruntis turbæ, et murmur excitabant illum, ut rogans intelligeret præterire Iesum. Mox igitur clamare coepit: Filii David Iesum miserere mei. Brevis oratio, adfectum habet, fidem, et quid petat. Adfectus reddit eam deuotam, fides impetrat, quod petit affectus. Hæc uerbis exprimit, ut dī etiam est, breuibus, sed magnificis. Dū uocat enim Iesum filium David, clare confitetur Messiam, quem Deus olim promiserat, is enim uulgo iam olim uocabatur filius David ex Esa. 11. et 50. ex Iere. 23. et 33. Exech. 34. et 37. Ose. 3. et c. Ex quo constat, cæci fidem in Iesum, ut in filium Dei, fuisse. Atq; ob eam causam implorat eius misericordiam. Ceterum hic obstat turba monens ut taceat,

quamuis

IN MARCI EVANG. EXPO. 118

quamuis frustra, nam multò magis clamabat ijsdem, ut
 antea, uerbis, usq; dū Iesus restaret, ac iuberet illumuo-
 cari ad se. Adfectus potentior erat, quām ut cederet tur-
 b.e nihil simile patienti, quare pergit, ueluti surdus, ad
 eum, ad quem ferebat fides. Accrsum autem à Domino
 quidam iubent esse bono animo, ueluti certum esset ex-
 audiitum tri. Abieclo igitur pallio, quò citius ad Iesum
 perueniret, surrexit, & adiit ad eum. Tum Iesus rogat,
 quid uis tibi faciam? non ignorans uel clamorem cæci, uel
 petitionem, sed uocem adfectus eliciens propter circum-
 stantes, ut & hi uirtutem fidei cognoscentes, moueren-
 tur ad credendum illi, deinde etiam ad petendum quic-
 quid esset salutiferum, certi se recepturos, quod petiſſent
 efficacia sola fidei. Dicit ergo cæcus: Rabboni, quod est,
 preceptor mi, ut uisum recipiam. Iesus non tangit, non di-
 cit recipe, uel aliquid eiusmodi, sed abi, fides tua saluum te
 reddidit. An' non ob illud, ut uis fidei nota fieret? Non erat
 dubium Bartimæo de potentia Christi, nec dubium erat,
 quin uoti compos redderetur, si peteret. Talem autem fe-
 cit fides, recepit ergo protinus uisum, & sequutus est Do-
 minum. Discamus orare, & inter orandum credere, nam
 sic erit oratio integra, obtinens quicquid in nomine Do-
 mini petierit. Sine fide oratio nihil est, ut & sine desyde-
 rio recto, & probo. Oportet enim esse, quod excitet ad
 petendum, & esse oportet quod accipiat id quod est pe-
 titum. Ut dum dico, Sanctificetur nomen tuum: nisi cor

CAP.XI.

OSVALDI MYCONII

meum ardeat in desyderido, ut quod orofiat, oratio non est uera. Tū & si desyderium est perfectū, deficit autem fide, frustrance aerit petitio. Neq; enim existimet homo ille, (inquit Iacob. ca. 1.) se quicquam accepturum à Domino. Hinc clarum est, orationis multiloquium, in quo nec animus, nec fides inesse possunt, in conspectu fetere Patris. Quid uero, quod cæcus ille uidit Christū esse filium Dei, et Phariseorum oculi clari non uidcrunt? Mensis acies imbuta fide huc pertingit, non autem sensuum. Caueant hodie, qui mentis oculos habent obscuratos uel diuitijs, uel honoribus, uel prudētias, eculi huius, uel subtilitate philosophica, uel propria iusticia. Nā tales oculi non uident Christum, etiamsi putant se uidere. Simpli-
cium est penetrare mente usque ad illum. A simplicibus enim inuenitur Deus, qui non tentant illum. Sap. 1.

CAPVT V N D E C I M V M.

Et cum appropinquant Hie-
rosoly, &c.



CHRISTVS Dominus ueniens ad Bethphage & Bethaniam, quæ duo oppidula sunt ad motem Oliuarum, ut impleret, quod dictum erat per Zachariam ca. 9. Dicite si lie Sion. Ecce Rex tuus, &c. noluit intrare Hierosolymam, ut antea, sed quemadmodum scriptura de ipso pra-dixerat,

dixerat, insidens asinæ, admodum humilis, quāuis enim Rex esset, ita ingrediens serui magis formam exhibuit, præsertim dum asinus foret alienus, & tectus nō ephippio, qualibus solent uti uiri nobiles, sed uestimentis discipulorum. Interim tamen & regia quædam exhiberi sibi uoluit, qualis erat pompa antecedentium & sequentium quodq; multi sternebant uestimenta sua in viam, & ramos ex arboribus subiiciebant, quod populus tam plausibiliter acclamabat, tamq; manifestis uerbis contestabatur, illum esse Messiam. Tandem & ex his uirtus, & potentia regalis plus satis exerebat se, quod dictis omnibus nemo contraibat, seu contradicebat. Quod item potenter electis uidentibus, ac clementibus, subuersisq; mensis numerariorum, & cathedris uendentium columbas tam liberè dicit, ex domo Dei, quæ sit deprecationis domus, flamam esse ab istis speluncam latronum. Ita uenit ergo ut Rex, & ut humilis, si uellent ex hoc tam claro spectaculo, quod Spiritus. ob id prædixerat, cognoscere Iudei suum Messiam, postquam cætera, que diuinitus egerat Christus, nihil apud obstinatos effecissent. Nā quod adtinet ad discipulos, & alios pios homines, hinc magis est cognitus Rex, & factum palam, quod uolens mortem subiit, nam si uoluisse resistere, nemo ne cogitare quidem aliquid contra eum potuisset. Tum & uia demonstrata ad ueram, & coelestem gloriam. Ad hunc igitur modum illa sunt acta. Emittit duos è discipulis suis dicens: Ite in

castellū, &c. Gr̄cilegūt κάπιλον, id est, uicum, ut non
sit uerisimile Hierosolymam significari. Item ex eo quod
sequitur, τὸ λατρεῖαν ὑμῶν, qui uicus ē regione
est. Demonstrauit nimirum locum in quem eos missuris
erat digito, id quod non poterat circa Hierosolymam, in
terpositus est enim mons oliuarum. In uicum igitur alt-
quem misit circum hunc montē. illuc, ait, inuenietis pul-
lum, scilicet asinē, ut Luc. 19. & 10.12. Matth. dicit: As-
nam aliagatam, & pullum cum ea, quod nullam facit di-
uersitatem, nam tres illi respxerunt ad asellam, cui po-
stea Dominus insedit. Matth. autē ad ambas, asinam ut
delicet ac asellā, ut adductæ sint. Super hūc pullū nullus
adhuc hominū sedidit. Quo nimirū significare uoluit Do-
minus, nihil esse tam indomitum, quod ipse, dum libeat,
non possit domare. Cui enim non tum uisum impossibile
fuisse, gentes sub fidei obedientiam posse uerbo perducti
præserium à uiris tam respectu mūdi uilibus? At Christus
quibus dictum est instrumentis, perduxit. Pullum itaq;
iuſſi sunt solu re, & adducere. Tum, inquit, si quis uobis
dixerit, quare soluitis, & abducitis, respōdet: Dominus
eo habet opus, &c. Ex quibus patet, quod uelle Domini
est ipso facto sic esse, quemadmodum uult. Abierunt ergo
discipuli, & quod iuſſerat Dominus perfecrunt. Igitur
adducto pullo uestimentis impositis, & Dominum im-
posuerunt, ac ea magnificentia in urbem deduxerunt, si-
c ut diximus, sic interim acclamantes: Hosanna, benedictus

flos, qui uenit in nomine Domini. Benedicū quod uenit
 regnū in nomine Domini patris nostri Dauid, hos anna
 in altissimis. Ὅτεννα uox est acclamationis, & cōpre
 cationis, quā populus credens seruatorem suum adueni-
 se, gaudium indicare uidetur, sonat enim nobis, salua iam
 quæso. Deinde claris uerbis missum confitetur Dei, dum
 dicit, Κύριος ἡμῶν laudatus, qui uenit mittete Deo,
 ut uidelicet regnum nobis restituat, à quo tam diu fu-
 mus exclusi. Laudatum sit quoque regnum, quod uenit
 per Christum, in nomine Domini patris nostri Dauid, ut
 cui Deus promisit semen olim, in quo regnum ipsius du-
 raturum sit in eternum. Igitur salua quæso tu qui sedes in
 altissimis. Tanta celebritate Dominus est in ciuitatem
 Hierosolymam perductus, & ingressus in templum, cir-
 cumspexit omnia, sicut decebat sacerdotem magnum il-
 lum, qui propterea uenerat in mundum, ut templo, quod
 per Hierosolymitanū significabatur, restitucret, imò ue-
 lut de novo ex ædificaret. Dum itaq; rimatus est omnia,
 & iam tēpus esset uespertinum, egressus est Bethaniam
 cum duodecim. Mirum & miserum: qui tanta cum pom-
 pa introductus fuerat in urbem, & in templum, nō inue-
 nit in ciuitate sancta, qui hospitio acciperet, quin iterum
 esset exēndum Bethaniam. Videmus ex his, quæ sunt ha-
 cenus dicta, quām omnia, quæ scriptura de Christo præ-
 dixit, oportuerit impleri. Quid igitur, si de nobis, aut
 pro nobis, aut contra nos aliquid continet? Fieri oportet,

CAP.XI. OSVALDI MYCONII

nam à Deo est. Diuinitatis item Christi sunt hic indicia non obscuriora, quām ex miraculis, dum nouit absentia, dumq; uoluntatis sue potentiam comprobat, & facio docet, neminem resistere, ni sic placeat, posse sibi, unde & morte, quam subiturus erat, ostendit (quod antea quoq; dictum est) esse uoluntaria. Ingratitudo ciuitatis Hierosolyme erga Deum, atq; adeo miseria carnis totius non minus se aperit, ut quæ tam est ad opera Spiritus. cetera, dum sibi relinquitur, ut ea non cognoscat oculis uel clarissimè proposita. Regem suum nō nouit, non nouit manuatum & humilem, ab acclamacione diuinitus indita non mota est, non excepit missum Dei, nisi contemptu, ludibrijs, et morte, quem ut benedictionem omnium tribuum terræ debebat agnoscere, et pro eo uenerari. Sed unde, ita quis, isthæc miseria? Dicā uno uerbo. Contēptus legis, & sermonū Dei facit, ut huc ab indignante Deo præcipitur homo. Qua de re lege Deut. 28. & Esa. ferè per totū.

Et postero die cum exi-
sent Bethi.

Marcus hic clarius Matthæo, & Luca circa temporis et actionum ordinem. Mirū est aut, quod dicit, Christū explorare uoluisse esuriem ex arbore, quæ fructibus carebat, nec tempus tunc fuisse fructuum, et sic à Domino nihilominus excederat. Igitur aliud egit, aliud uoluit Dominus. Nā tametsi forsitan esurij uerè, atq; ideo ad arborēm accessit, quid tamen

tamen ignorare nō potuit, fruclus non eſe, cōstat corā diſcipulorū oculis agere uoluisse, cuius gratia moti, diligētius intenderent his, quæ postea per occasiōnē fucus de fidei potētia diſlurus erat. Huc enim Cbristū reſpexiſſe fācile patet ex ſequētibus. Interim tamen et alia ſubefſe poſſunt, ut hypocrifis Iudeorū. Significet itaq; fucus Iudeos, foliorum decor iuſticiam legis, & ceremoniarum pom-pam. Sterilitas arboris, inopiā piorū operū, hoc eſt, ope-rū charitatis, quib. nunquā ſerē populus iſte, in primis Sa-cerdorū ordo intēndit, ſpecie pietatis plus ſatis cōtentus. Execratio, qua radicitus arbor exaruit, non folū iuſticiæ legalis abiectionem, ſed etiā abolitionē ceremoniarū, atq; id in perpetuum. Quod enim accidit fici, an' non pariter & Iudeis accidit? Cogitent ergo uiri Christiani malum hypocrifos, & fugiant, Dominum autem colant in Spi-ritu & ueritate. Sunt qui dicant, diſcipulis excidium Hierosolymæ ſic praficuratum. Audiunt igitur execra-tionem diſcipuli, & taccent non certè ſine admiratione, ſi tut paulo poſt diſcemus, & uenient Hierosolymam.

Et ingressus in templum, &c.

Nō temere circumſpiciebat omnia, uidebat enim, quæ Patris domum de honestabante, quāobrem & ciecit indi-gnabundus, uendentes & ementes, & ſubuertit argen-tiorum mensas, & ſellas columbas uendentium, nec permifit, ut uas aliquod prophanum per templum portaretur, adieclo prophetico diſclo: Domus mea
domus

domus precationis uocabitur, &c. Esa. 56. Sic egit Dominus noster, non certe quod ualde curaret, quid in hoc templo gereretur, quod nouerat breui diruendū, sed quod uolebat docere factō, quātōpere Deus in Ecclesia sua attestaretur malorum omnium radicem auariciam, quam sequi solet fraudulentia, lucrum turpe, superbia, luxus, ambitio, ac "fariū Dei contemptus. Orationis est enim domus Ecclesia, quam Christus dicit factam speluncam latronum, quod ut latro hominibus insidiatur ē speluncis, ita sacerdos auarus ex falsa religione animabus. Sole clarus est Ecclesiam Romanam non alio flagitio magis detur patē, quam auaricia. Hęc etiam postquam pcedem fixit olim, omnis pietas subuersa est, & nullis flagitijs non est aperta ianua. Tais est enim auaricie natura, ut omnia habeat uenalia, et omnia, quae potest, ad se per fas aut nefas rapiat. Igitur ubi Ponifex sumere cœpit sibi potestatem remittendi peccata, & conferendi regnum celorum, nemo non adcurrit, nemo non numerauit, ut peccatis exoneraretur, & acciperet post hanc uitam celum, tunc uero ut dandi, sic accipiendi nullus finis. Ac tanta licentia pecandis sensim intravit, ut iamolim pro peccatis non repudientur, nisi quae gladio puniuntur, & quae contra Pontificem aguntur, & clerum. Adulteria, fornicationes, perjuria, ueneficia, ludcre, blasphemare, maledicere, inebrari, fraudare proximum, Deum, & omnia quae sunt Dei contemnere, inter peccata uix numerantur. Hic igitur quid

quia tam crudeliter percutit animæ, quis piorum non dicaret, non tam contra Iudeos, quam contra Papam & eius affectatores Domini uerbum esse dictum? Quid ergo futurum aliquid putamus? Veniet Dominus dum uisum fuerit, & flagello factio uidentes ac cinctes ejciet, ut nimarum occisores, cum indignatione graui. Veniet inquam, & non tardabit, quicquid totus mundus in contrarium cogitet, dicat, faciat. Videmus hinc itaq; Ecclesiam deprecationis esse domum, ut notum sit, quur Christus Luc. 18. iubeat nos semper orare, id est, cogitatum nostrum semper iactare in Dominum, semper ad eum configere, semper apud eum esse, conuersatio namq; nostra debet in celis esse. Philipp. 3. Et mundo debemus uti, tanquam non utamur. 1. Cor. 7. Breui certè uerbo Dominus ostendit, qualis sit, et ubi sit Ecclesia Dei. Discitur item ab exemplo Christi munus Episcopi. Circumspiciendum est enim, si quid sit in templo Dei, quod non deceat, ut inquam tollatur. Nisi enim talis est uigilantia in Episcopo, quid uis magis est, quam Episcopus.

Et audierunt scribæ, principesque.

Audierunt uiri Ecclesiastici, & intellexerunt Christum inuenientem contra se, doloremq; conceperunt, quod uicus tam graueriter tetigerat. Contemptio igitur Deo, neglecta Christi quam senserant potentia, non perpenso scire

Icre cōcepto, quærebāt, quomodo perdituri eſſent illūſt.
Huius tam nefarij consilij cauſa erat, quod timebant cum
ob turbam admirantem ipsius doctrinam. Ergo doctrina
cœleſtis illa, quod contrahypocrisim erat, & ipſos ar-
guerat propter auariciam reliquaq; facinora, præbēbat
occationem inuidiæ contra Dominum, ex qua tam pra-
uum consilium prodierat, maxime quia turbis placue-
rat, à quibus nihilificabant & ipſi, & ceremoniæ, & pri-
uabantur lucro consueto. Conferamus hæc ad noſtri
tempora, & uidebimus ueritatem Euangeliū & iſtud
inuidiæ, & iſtam causam eadem ratione ferre. Quid eſt
enim, quamobrem Papa cum ſuis doctores Euangelicos,
Principes, regna, ciuitates ad ignem iampridem condem-
nauit, niſi quod per ueritatem auaricie Romane, & Ro-
manenſium obſiſtunt? Nam turbis placet, quod prædi-
catur & ſcribitur, non ut maledictis legem nescientibus
Dei, ſed quia conſcientiæ exhilarantur, & certitudo eſt
uitæ æternæ. Patrem enim habent cœleſtem, dum filii
ſunt facili per fidem Iesu Christi fratris ipſorum, quomo-
do ergo dubitarent de hereditate coeli? Atque ideo non
parum diſcedit ab annua penſione Paffis, qua hactenus
luxum fouerunt turpiſſimè, ac ſcelestiſſimè. Quamob-
rem quod fingunt quidam heres. quibusſe immerſe-
rint Lutheranū (quos uocant) propter quas & iuſta-
ſit condemnatio, Dominus aliquando uidebit, iudica-
bitque, videmus fructum hic auaricie religionis anti-
ſtutum

flitum, qui dum recte perpenditur, ostendit clarissime, quod avaricia sacerdotum aliter non potest erga ueritatem, quae lucet hodie per Dei benignitatem, agere quam agit. Ex quo & solatum uenit pijs mentibus, ut solidius perdurent in gratia data, & fortius contenant, quicquid eiuerso regnum parat antichristianorum.

Et cum uespera iam esset,
egressus est, &c.

Vespere factio Iesu egressus est ciuitate, & postero die mane rediit, nam quotidie prædicabat in templo, uelut in suo regno, non curans odium phariseorum, aut præsumam eorum in se consultationem, insidiasque, nouerat enim Patris horam, ante quam non erat Iudeorum uim facere filio. Nam itaque dum reuertebantur Hierosolymam, uident sicū exaruiſſe radicitus. Petrus ergo reuocat in memoriam quod factū erat priori die, dicit: Rabbi, ecce fucus, &c. Hic iam ansam naclus Dominus, ut uoluit, de fidei uirtute dicere incipit his uerbis: Confidite Deo. Subiungit causam: Amen dico uobis, &c. q.d. Nam tanta uis est fidei, ut montes trāponat, si quis nō h̄esitarit in corde, sed crediderit fore quae dixerit. Hoc est, quae apud homines sunt magna, et impossibilia, fidelibus sunt possibilia. Iustināq; per fidē uicerūt regna, operati sunt iustitia, affecuti sunt promissiones, occluserūt ora leonū, extinxerūt uim ignis, &c. Hebr. ii. Fiducia sit autem oportet

in Dco, non in uiribus nostris. Quamuis à uirū nostrā rum fiducia possum uenire quadam tenus in cognitionem fiduciae Dei, ut sciam uidelicet, qualem nā hāc esse oporteat. Evidē noui robur corporis mei, cum est igitur lapis ferendus, qui uidetur portari non posse ab uno quopiam, fidens uiribus meis suscipio, et porto, nam constat ab illis me nō falli, ut fiducia hæc iam habeat certitudinem aliquam, imò certitudinem perfectam. Ita res habet etiam de fiducia Dei (licet aliquam facere collationem. Nota est mihi omnipotētia Dei, uolo ut siam sanus, fiducia itaq; tam certa feror in Deum, quod posset me sanare, ac uelit, ut certior non fuerit, qua uiribus meis confisus erat lapidem suscipiens. Hæc fiducia certitudo facit igitur, ut sanus efficiar. Ut aut certitudo erga uires meas est ex his, quæ in meipso per multam experientiam comperi, ita ex benignitate, atq; uerbo Dei certitudo fit erga Deum, ut impossibile sit me falli, si Deo fuerō cōfisus proprius bonitatē, et traditione uerbi eius.

Propterea dico uobis. Quæcunq; orantes, &c.

Hac ratione etiam, dum oratis, quicquid petieritis credentes, accipietis. Sequuti sunt discipuli, Domini consilium, et adsequuti sunt omnia. Acto. 1. petierunt alium apostolum in Iudæ locum, et datus est eis. Petierunt Act. 4. uirtutem, ut cum fiducia posset prædicari uerbum Dei,

Dei, & loco commoto repletii sunt omnes Spiritus. et
 loquebantur sermonem Dei sine omni timore. Petrus &
 Ioh. orauerunt, ut Samaria Spiritum eundem acciperet,
 & accepit. Act. 8. Orauerunt & alij pro Petro in carce-
 rem ab Herode coniclo, & liberatus est. Act. 12. Paulus
 patrem Publij sanavit oratione. Act. 28. Nec dubium esse
 potest, quin in tribulationibus nunquam non orauerint
 ad Dominum cum fructu: nam quomodo potuissent sine
 huius auxilio per agrare terrarum orbem, penetrare ho-
 stes, promulgare uerbum mundo tam aduersum, uincere
 mala, afflictiones, immo tot mortes? Auxilium autem illud
 paratur oratione, quo circa constat, quam frequentes in
 orando fuerint discipuli. Id quod nos moueat, ut certum
 sit oratione nihil non impetrari posse, modo fidelis sit.
 Credat firmiter oras Deum posse, quae petit, & item uel
 le prestare quae petit, & remittat ipse, quod uult remitti
 sibi. Quod quidem postremum sequentibus mox uerbis
 exponitur: Et cum steteritis orates, et c. Impudens enim
 fuerit a Deo petere remissionem peccatorum, & non re-
 mittere si quis delinquisset in me, aut alio modo læsisset.
 Quod dicit Christus copiosius, Matth. 18. in parabola re-
 gis ratione conferentis cum seruis suis. In uerbo steteritis,
 habitus indicatur de precantiis, non enim semper genu-
 flexerunt. Præterea plenarias hic inuenimus per doctrinam
 Christi peccatorum indulgentias a Patre cœlesti, non est
 opus igitur, ut Româ eamus pecunia, et laborib. emptum

à Pontifice. Domini habemus, dū sumus fideles, quod nos liberaat ac seruat, q̄ obrem recte dictū est olim etiā: Indulgentijs Pape ante hostiū uenientibus, strigēdos eſſe loculos.

Et uenīunt rursus Hierosoly.

Procul dubio consultarant interim, quorum animus
huc inclinabat, ut Iesum perderet, adhibitis populi senio-
ribus, qualiter Dominus peiendus foret, ut ansa compa-
rata uoti possent fieri compotes. Hec igitur uia placuit,
ut sic roarent: Qua authoritate hæc facis? &c. q. d.
Nos sumus antifites religionis, & populi primores, unde
& potestas est nobis in templo agendi pro officio, &
alios ordinandi, ut agant prout cōmissum est. Tibi autem
nihil iniunximus, unde igitur iſl hæc temeritas? Sperau-
rant abſq; dubio ſe nactos, unde nō posset elabi. Si tribuſ-
ſet enim authoritatē ſibi Dei, clamaffent pro inuicto, blaſ-
phemia, blaſphemia: Similiter, quācunq; tandem cauſam
exposuſet, ſeditiosum uocaffent. Dominus Iesus, qui no-
rat occulta mentium, intell̄gens qualiter cunq; reſpōdiſ-
ſet, id illos calumniatiuros eſſe, nam adeo fuerant obceca-
ti, ut factis non credarent Christi, quomodo igitur credi-
dissent uerbis? queſtionem eluſit queſtione, imo pruden-
tiſimè retudit, de baptiſmate uidelicet Ioannis, quod qui-
dem tamen, ſi de cœlo erat, contempſerant iſtū tamen. Re-
uſtrum uidelicet baptiſma illud à Deo fuerit, an homi-
nibus,

IN MARCI EVANG. EXPO. 124

nibus. Verū quid isti? Senserūt mox se captos esse. Nā cogitabant apud se: Si dixerimus, ē cōelo, dicet: Curigitur nō credidistis illi? Nō crediderat enim testimonij loaznis de Christo: Vocarat eū regnū cōelorum, uocarat agnum Dei tollētem peccatū mundi, testificatus erat esse filium Dei, uenisse de cōelo, supra omnes esse, habere Spiritū nō ad mensurā, à Patre diligi, et omnia data esse in manū, sed dem in eum seruare, infidelitatem cōdemnare. Nihil autē horum receperant obstinati homines. At si dixissent ex hominibus, timebant populum, omnes enim habebāt Ioannem pro uero propheta, quamobrem & eius memoria sacrosancta erat. Respondent itaq; se nescire, malebant enim superbi quamuis, ignorantiam testari, quām reuīni, seu à populo mali quidpiam expectare, patiūe. Christus igitur par pari referens inquit: Nec ego dicam uobis qua authoritate hec faciam. Indigni erant uiri mendaces responso. Num ignorare poterant de baptismate Ioannis quātam clare audierant, Io. i. Qui misit me, ut baptizarem aqua, is dixit mihi: Super quē uideris Spiritum descendenter, &c. Item cuius innouationi non audebant resistere, quamuis acriter in eos inuehebatur. Matth. 3. &c manifeste de Christo prædicabat? Nouerunt ergo Io. baptismū de cōelo esse, id est, totam illam Ioannis actionem, qua docuit, & baptizauit, esse commissam à Deo. Sed adserere noluerunt ob causas supra dictas, tam quod inuidia contra Christum aliter non permisit.

O 2 CAPV

Et coepit illis per parolas
loqui, &c.



HRISTVS sacerdotum astutiam profili-
gavit, & ad tacendum coegerit. Quia uero
nūquam non populus Iudeorum dure cer-
uicis populus extitit, per parabolam nunc
indicit, quod apertis uerbis Stephanus ob oculos ponit
Act. 4. Duri ceruice, inquietus, & incircumcis i corde &
auribus, uos semper Spiritui sancto resistitis. Sicut patres
ita & uos, &c. Addit autem Christus tempus adesse nunc
ultionis, & ita mentem suam uelamento contexit, ut sen-
tentiam iustae perditionis isti de seipsis ferrēt. Parabola
uerba sunt plana, quod latet uero sic habet: Homo plāta-
uit vineam, hoc est, Deus parauit populum sibi, nempe
Israēl ex Aegypto transfr. situm in terram lacte &
melle manātem, ut hic debitos illi redderet fructus, ne nr-
pe cultum fidei. Id quod Esa. sic exprimit ca. 5. Vineam aut
Domini exercituum domus Israēl est, et uiri Iuda germen
delectabile eius. Et expectauit, ut faceret iudicium, & ec-
ce iniquitas, & iusticiam et ecce clamor. Et circumdede-
rat sepem, angelorum uidelicet custodiā, ne fures et ua-
statores inuisibilis subintrarent, & furarentur fructus,
& perde-

¶ perderent uineam. Et foderat lacum *τωλυῖον*
 in quod liquor excipitur uarum. Matth. habet *λύρη*
 torcular, in quo liquor uaru extorquetur. Ecclesiā per
 torcular putamus significari, nam huc illati fructus ex-
 primuntur, & dimanant in lacum, id est, in proximum
 indigentem, & hoc quidē per ch. irritatem. Foderat dicit,
 quod lacunis olim effossis uinum excipiebatur, ut Eras-
 mus annotauit etiam. Et ædificauerat turrim, speculam
 inquam, ex qua prophetæ seu pastores specularebatur, ne-
 quis uineam intrās eam perderet, efficaretq; ut pro uinis
 redderet labruscas. Et elocauerat agricolis eam, sacerdo-
 tibus inquam, & Episcopis, qui diligenter illam excole-
 rent bidente, ac rastro uerbi uitiorum herbis eradicatis,
 ¶ uitibus uirtutum impositis. Et peregrè profectus est.
 Dissimulauit enim Deus, tanquam absens, omnia que
 praeuē cōmittebantur. Et misit ad agricolas, &c. Prophe-
 tas uidelicet, qui fructū, id est, fidem, et opera fidei requi-
 reret. Atq; hoc ipsum nō fecit semel, sed iterū atq; iterum
 per ætates singulas, maxime dū flagitia plus satis adcre-
 verat, ut & poenas immittere cogitaret. Adeo misericor-
 diter egit Deus perpetuò cum Iudæis, nā etiam si ex ser-
 uis hunc percussur, illum occiderunt, alium lapidaue-
 runt, non tamē potuit expugnari misericordia eius, quin
 ea semper uiteretur erga illos, si posset ad poenitentiam
 reducere, atq; seruare animas eorum. Stephanus igitur
 ad malitiam tantam respiciens, probè dixit, ac libere:

O 3 Quem

CAP.XII. OSVALDI MYCONII

Quem prophetarū non persequunti sunt patres uestri? Et Christus ipse Matth. 23. Hierusalem Hierosalem, quæ occidit prophetas, & lapidas eos, qui sunt ad te missi. Itaque cum unū adhuc haberet filiū, &c. Misit tandem, postquam cum prophetis tā est aclū crudeliter, lenissimus Dominus nequid relinquenter intentatū, filium Christū Iesum putat, quem unicū habebat, et tenerrimè diligebat, sic cogitans, reucrebuntur filium meū, non quod nesciret, quid facilius essent agricolæ, sed ut admoneat quid facere debuissent. Qui factū putamus enim, ut non ita cogitarēt. Lenitatem domini, quā hactenus sensisti, & uilipēdisti, nō licebit tentare in filio, nā hoc impunē non auferre: is, dilectus est enim, & unicus, igitur cauebitis. Verū ut cœcus nō cernit lucē, ita mens iudæorū inuidia, & auaricia laborās, nihil honesti uidet: ad hunc igitur modum dicūt intra se se. Hic hæres est, uenite occidamus eum, &c. Adprehenderunt ergo Iesum, & occiderunt extra uineam, id est, extra Hierosolymam non ob aliud, nisi quod filius Dei fructum ex uinea debitum exigebat. Quām igitur sint spē falsi propter hæreditatem, hic uero attendendū. Ex populo nemp̄ Dei facti sunt non populus, ac seruientes etiamnum sub legis maledictione libertate carent filiorum. Quomodo igitur pertingent ad hæreditatē, propter quam dicunt, & nostra erit hæritas? Non pertingent, usque dum dixerint: Benedictus qui uenit in nomine Domini. Per filium enim datur libertas Ioannis. 8. Postquam ergo

Ergo Christus agricolarum exposuit extremam nequitian, atq; malignitatem, rogat phariseos: Quod igitur, inquietus, facturus est Dominus uineæ? Et respondent illi (sicut patet ex Matth.) nondum intelligentes, quod ad se pertineret parabola: Veniet, & perdet agricultas, &c. Veritatem dicunt contra seipso, & pro gentibus. Nam ipsi erant ad quos similitudo spectabat, occiderunt enim filium Dei uiui, qui uenerat in mundum tamen ad conquirendum quod perierat de domo Israëlis. Et gentes erant, quibus erat uinea locanda, utpote toto corde recepturis Euangeliū de Iesu Christo. Vnde et Esa: post suā uineam his uerbis loquitur: Et exaltabitur Dominus exercitū in iudicio, & Deus Sanctus sanctificabitur in iusticia. Et pascentur agni iuxta ordinē suū, et deserta in libertate uersa aduenire comedēt. Cæterū quod hucusq; fuerat obscurū sacerdotibus, testimonio fit clarū Davidis ex psal. 117. quod Christus adduxit propterea. Nā inquit. Anī ne hanc quidē scripturā legistis? Lapidē quē reprobā uerunt, &c. q. d. Legistis ceriē, quōbreū nō potest esse diuinū, quo nā tēdat similitudinis sensus, scitis enim, ut nemo queat melius, qd patres uestrī cōtra prophetas, uiros Dei nunq; nō egerint, quidq; de me uos statueritis, uos inquā, qui estis extuctores domus Dei opinione uestra, et hominū. Quocirca rectè sentētiā de uobis ipſis tulisti, nā ita penitus futurum erit. Tolletur à uobis uinea, & dabatur gentibus, auferetur, inq; à uobis regnū Dei, et dabitur genti.

facienti fructus eius. Matth. 21. Longanimitatem uidere Domini licet in hac similitudine, ut qui priusquā ad extrema perueniat, nihil non tentat, si posset homo lucrificari. Quod si frustranea fuerit omnis dilatio, iusto iudicio persequitur obduratos. Inuitum enim punire Deum patet ex Esa. ca. 1. ubi sic dicit: Heu consolabor super hostibus meis. Et Ezech. 33. Nolo mortem impij, &c. Cetericosam item semper fuisse gentem Iudeos haud minus cognosci potest, ut qui, quanto maiore sunt à Deo fotti, dum essent impij flagitosiq; lenitate, tanto magis in eū fuerūt prophetis qui corriperēt missis, exacerbati. Sed et similitudo ipsa per se habet iucunditatem, ubi uineam adpellat Eccl. siam suam Dominus, & fructus intelligimus opera fidei esse. Nam alia, quae fidei non sunt, nihil ad ecclesiam pertinent. Tandem perspicuum est ex Davide, Christum esse lapidem, in quo totum aedificium Ecclesie nuntiatur, quiq; iungit duos parietes, nam in angulum est collocatus, populum uidelicet Iudeorum & gentium in unam strucluram, cuius opifex Deus est. Quāobrem etiam mirabile est in oculis omnīū, nam boni & electi Dei non habent gaudium maius ac admirabilius: mali uero tametsi mirantur, interim ringuntur tamē. Exemplō sint Iudei, & Papistæ. Locus pulchre tractatur. 1. Petr. 2.

Et querebant eum comprehendere.

Postquam intellexerant parabolam totā, & scripturam contra

ram contra se se dictam, conati sunt comprehendere Christum. Sed prohibebat formido turbæ. Adeo sine fructu ueritas corripiens coram obstinata funditur hypocrisi. Imò ingenti malo hypocitarum, irritantur enim, ueluti crabrones, & aculeos figunt, si facultas est, etiam letaliter. Id quod hic facile uidemus. Quidni proposito tā malo potius desistebat, postquam uiderant à Domino cognosci? Sic certè comparatum est, ut audacia & ui conetur in primis hypocrita, falsum, quod est obiectū, expugnare, cum constet tamē nihil esse isthuc hominum genere meticolosius, si fortiter resistitur: habet enim & intus pugnantem hostem conscientiam, que quidem ubi mala est, non potest non esse summa formido. Patet hoc, quod turbam hic adeo timebant hypocrite. Patent omnia, que diximus, in regno Papæ, ut non sit opus ea de re uerba facere.

Et relicto illo abierunt.

Quod palam non audebat malignitas sacerdotum, tentat per insidias, adiunctis Herodianis sibi, quorū par fuerat odium contra Christum, si sic populum ualerent, occasione ex respōso eius arrepta, per trahere ad se, et timore abiectione leuire in Dominum. Adgrediuntur subdole blandiendo putates eum blāditijs posse capi, quemadmodum capiuntur homines reliqui: Preceptor, inquiunt, scimus quod uerax es, &c. Ecce quanta trubunt homines nequam: Veritatem, libertatem in dicendo, & doctrinam

nam Dei uerā, quæ tamē omnia fuerūt in causa, quir D⁹
minū tantopere persequerētur. Nemo certe mortalū est
qui nō capiat ur propria laude, imò blādimur nobis ipsis,
magis uero dū audimus esse, cuī uel paululū placeamus.
Hic affectus in Christo non erat. Solā Patris gloriā et lau-
dē querebat, unde stulta fuerat inuidorū et insidianūm
adulatio. Et profec̄tō stulta, nā si pro uerace habebant et
si uia Dei docebat, ut loquebantur, quir nō credebant ei,
quir quod docebat non recipiebant. Ad eo p̄r adfectib⁹
prauis incogitātes erant, ut in mente in non ueniret Chri-
stum insidiās ipsorum intellecturum tam crassas. Licet,
inquiunt, cēsum Cæsari dare, an nō? Pharisæi non ita dis-
sentiebant ab his, qui Iudā quendā Gaulonitē sequētes, di-
cebant: cum nefas eſſet agnoscere principē aliquē preter
Deum, nefas eſſet etiā cēsum dari Cæsari. Nā hec eſſet ser-
uitus, cum ipsi tamen liberi forent. Qua de re Ioseph: An-
tiqui: Iud. li. 18. c. 2. Contrā sentiebāt Herodiani. Quocir-
ca mens insidianūm hæc erat, ut si respōdisset, dandum
esse, d̄ferri posset apud plebem, ut qui ab ea non ita sta-
ret fideliter: Si aliter, ab Herodianis accusaretur, ut re-
bellionis author aduersus Cæsarem. Christus itaque scir-
ens illorum simulationem, dixit Quid me tentatis? De-
bebant horrore concuti miseri tentatores, dum intellige-
bant se cognosci, ut nimirum concutiebantur. Petit ergo
Dominus denarium adferri sibi, ut hac occasione posset
commodius respondere. Adferunt. Dicit igitur: Chius eſt
hæc

hec imago, & inscriptio? nō quod ignoraret quæ rogat,
sed ut ex ore proprio magis conuincerentur isti. Dixer-
runt ei: Cæsar is. Tunc Iesus. Reddite quæ sunt Cæsar is,
¶. Redendum est unicuique quod debetur pro norma
iusticie. Numisma habet inscriptionem Cæsar is, in si-
gnum igitur, quod publicæ functionis utatur authorita-
te, dabitis illi uestigial debitum. Sed & Deo quia debito-
res estis, etiam huic solendum, quod debetis. Et quid il-
lud inquit aliquis? Charitas, ut certum est ex primo præ-
cepto decalogi. Debemus igitur ex hoc loco Deo, & Po-
testati. Deo quidem quod imaginem ipsius continet. Po-
testati in externis obedientiam, dummodo non iussit
peccare. Locus pugnat cōtra catabaptistas. Et admirati
sunt de eo, prudenter enim responderat.

Et uenient Sadducæi ad eum.

Duarū seclarū questionē Christus expugnauit, ut ad-
miratio fuerit his, alijs aut̄ confusio. Sequitur tertia nēpe
Sadducæorū, qui itidē aduersabantur Christo. Fatū nō a-
gnocebāt hi cōtra Pharisæos, tribubant aut̄ omnia libe-
ro arbitrio hominis. Nō credebat carnis resurrectionē,
animā tamen tenebāt esse immortalē, sicut etiā reliquæ
Iud. corum sectæ. E philosophis idem pleriq; tenent ar-
gumentis non fallacibus. Et hominum conscientiæ sub-
peduant. Dum est enim migrandum ex hac uita, annon
timeatur, conscientia monente, poena? Vel gaudio cor
exultat

CAP.XII. OSVALDI MYCONII

exultat ob præmium fidenti promissum eadem consolans
te? Quia uero norant stupidi homines, & Christum eius
esse sententiae, carnem resurgere uidelicet in nouissimo die,
contra contendunt stultiissimo argumento septem fratrum,
quibus secundum Mosis legem una cum fuisset uxor, quomo-
do resurrectionis tempore simul omnes eandem essent habi-
turi, sicut contextus plane et multis uerbis explicat. Lex
Mosis (ut obiter hoc) lata uidetur, ut adhuc aliae mul-
te, ob tranquillitatem publicam. Videmus enim quas tur-
bas excitent hereditates, si transferantur. Hic manebant
imperturbatae, quare non ita male consultum erat tran-
quillitati. Verum Dominus stulticiam quamuis placide,
tamen liberè exponit, errorem, & ignorantiam scriptu-
ræ, uirtutisq; Dei demonstrans. Error ex ignorantia pro-
manabat, que grauis erat certe. Nesciebant enim, quod
uirtute et omnipotētia Dei corpora post resurrectionem
immortalitate accepta, non essent habitura deinceps adse-
ctus carnis, ut prius. Quia obrem Christus dicit, ea futura
sicut sunt angeli Dei. Non contrahentur illic matrimonia,
nam honorum erit perfectio, & status tranquillus, qui cer-
te non est in matrimonio. Nesciebat item scripturam, qua
legitur Exo. 3. Ego ille Deus Abraham, & Deus Israhel,
& Deus Iacob. At qui non est Deus mortuorum, sed Deus
uiuetium. Nam si recle, quod scriptum est, expendissent,
postquam cognorat patres illos iamolim defunctos, non
inuenissent difficulter, eos adhuc uiuere secundum animas
cum

cum Deus sit Deus uiuentium, ut rex est rex uiuentium non mortuorum. Dein & illud inuenissent, Deum Abrahām Deū à scriptura dici, nō animæ Abrahāmi. Quamvis ergo nunc corpus illius non uiueret, futurum tamen necesse, ut illud ipsum in uitam resurgat, ne falsum dixerit scriptura, Deū esse Deum Abrahāmi. Totius enim (ut ita dicam) Abrahāmi Deus est. Hisce Dominus igitur & Sadduceos confutauit. Discendū est hinc breuiter, quām non in litera manendum sit scripture, sed mentem & spēritum inquirendum esse, ne seducamur.

Et cum accessisset quidam
& scribis.

Matth. c. 22. dicit, Pharisæos se iuxisse, post quam audiissent os esse obturatum Sadduceis. Tum quem Marcus scribam, ille uocat doctorem legis, ut intelligamus, quale genus hominum scribæ fuerint Iudeis. Electus aut uidetur is, ut Iesum rogando tentaret, adeo temptationum non erat finis, siquando posset obtinere, quod concupiverant. Quanquam Marci uerba sic sonet, tanquam subornatus ille roget animo non malo. Ait enim: uideret que quod bene respondisset. Placebat certè responsio, ex quo motus posset dici ad interrogandum amplius quiddam. Ni malis dicere, Christum placuisse propterea, quod & Pharisæi de carnis resurrectione sentirent idem. Rogat igitur his uerbis. Quod est primū omnīū præceptorum?

Iesus

Iesus autem respedit illi, &c. Deut. ca. 6. scribitur hoc mandatum, quod quidem primum dicitur omnium, et est, quia summae complectitur totius legis, auctore Domino, Matth. 22. Cum adhortatione igitur Moses illud proponit, dicens. Audi Israël. Dictrurus erat enim, quod scrutatum, pariturum erat hic pacem, illic salutem. Dominus Deus noster, Deus unus est. Fidem haec uerba mox requirunt, recipiendum est enim illud corde puro, Deum unum esse, & praeter hunc non esse alium, & eum ipsum esse Deum nostrum, hoc est, creatorem, Dominum, & Patrem. Creauit enim omnia, gubernat omnia, conseruat ac tuetur omnia, in primis hominem, quem fecerat ad imaginem suam ab initio. Hunc igitur, quia talis est, diliges inquit ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totam cuncte tua, & ex totis uiribus tuis. Hoc est primum preceptum. Hic quid quoque non requirit Deus eorum, quae sunt in homine siue corpus consideres, siue anima, qui tamen est adeo imbecillus, ut minimum pertinet hinc non queat pro mete Dei perficere? Homo namque dum est caro, quomodo spiritualiter ager per seipsum, quae spiritualis est, quicquam? Et tamen mandatum illud perficiendum est, Deus enim uult ab homine sic, ut par est, diligere, uel priuare salute si non dilexerit. Impossibile dum igitur impositum est nobis preceptum, nisi Christus uenisset in carnem, & perficiasset pro nobis, quae lex infirmata per carnem præstare non poterat, Ro: 8. perieramus omnes. Quia inobrem Christus ser-

mator

uator noster perfectio legis est ad iustificationem omni
credenti. Ro. 10. Fides enim in Christum Iesum, qua cer-
tificimur de lege perfecta per ipsum, nos purificat, &
dilectionem Patris nobis insinuat, ex qua deinde nos to-
tos huic deuouemus ab ipso pendentes ut à Patre, siue in
prosperis, siue in aduersis, certi quod ab eius auxilio,
protectione, sustentatione non destituamur. Quod si ue-
rò quid est in hac dilectione imperfectius, id supplet Chri-
stus inerit, tantu in eo firmiter persistamus, ut decet eos,
qui Patrem inuocat in cœlis. Hinc tamen enascitur secundum
præceptum simile priori: Diliges proximum tuum, ut te ipsum.
Simile est, qd inest dilectio, et perfectio uitæ. Perfectus est
enim, qui Deum amat, et perfectus est, qui proximum amat
ut se ipsum. Ideo Paul. inquit: Cōsummatio legis dilectio.
Ro. 12. Perfectus est autem uterque, qd qui unum possidet rectè,
et alterum possidet, adeo duo continentur in uno. Diligendi
verbō requiritur cor et animus erga proximum, ut uideli-
et hæc crūpant in opus, ubi fuerit necesse. De proximo
verò nemo clarius, quam Christus, Luc. 10. Quia uis enim
sunt cognationes, affinitates, patria, sodalitates, vicinitas,
officia, necessitates, &c. proximus tamē is est, qui præter
ceitros indiget opera nostra. Scqtur, ut te ipsum. Ne nu-
genur hic, ut solent Papistæ, clarum est quod dicitur inter-
prete Domino, ubi dicit: Omnia quæcumque uolueritis, ut fa-
ciat uobis homines, sic et uos facite illis. Matth. 7. Amabis
tagi, ut uolueris amari. Benefacies, ut uolueris beneficii
tibi.

tibi, Neminem laedas, ut non uolueris laedi. Siquis uero malum intulerit, non malum, sed bonum reddas, nam hoc ipsum & tibi uis fiat, si quēpiam laesisses. Maius his aliud praeceptum non est. Causa dicta est, quia lex & prophetae continentur eis. Ex quo uidemus, qualiter nam sit omnis scriptura regulanda, ne dum eam exponimus, aberremus. Complectitur enim illa que pertinent uel ad Deum, uel ad hominem. Si ad Deum, regulantur per praeceptum prius. Si ad hominem per posterius.

Et dixit illi scriba, Bene praeceptor cum, &c.

Adprobat scriba responsum Domini, uerba repetens etiam praeceptorum, & ad finem adiiciens, dilectionem Dei, & proximi plus esse, quam uniuersa holocausta, & uictimas. Ex quibus uidetur intellectisse, uera pietatem planè non consistere in rebus externis, ceremonijs, ac uiciniis, sed in puritate cordis amatis Deum, & proximum. Cum reliqui Iudeorum contrarium sentirent, ac tenerent potius, pietatem summam consistere in his, quæ subiacent oculis, haud aliter, quam hodie sentit Papismus errore pestilentissimo. Quia obrem Christus, cum uideret, quod prudenter respondisset, dixit: Haud longe abes à regno Dei, id est, à uera Dei cognitione, atq; adeo ueri cultus, qui Deo debetur. Nam nosse Deum, regnum Dei est. Si nouisset etiā, quem Deus miserrat ad benedicendam terram,

Nam terram, perfectè iam tenuisset regnum Dei. Et qui
 scis, an & hæc cognitio sit consequita contestationem
 tam egregiam? & ex tentatore factus sit discipulus Do-
 mini? Summa igitur salutis hominum hic docetur. Dilig-
 endus est Deus, diligēdus et proximus propter Deum.
 Atq; hic est cultus uerus, quem si uult præstari sibi, &
 præter hunc non est aliis, qui placet, nisi fiat ex dilec-
 tione, atque secundum uerbum ipsius. Cultus autem ille
 non est possibilis humanæ carni propter naturam pecca-
 to uitiatam, & ita uitiatam, ut ea sit prava ab adolescen-
 tia. Quamobrem benignitate diuina datus est Christus,
 qui à peccato carne liberata per crucis supplicium, ut pec-
 cati grauitatem uideremus, restitueret ipsam in statum,
 quo posset agere, quamobrem erat ab initio cōdita, id est,
 cole et prædicto cultu Deum, nō quidem tanquam uirtute
 propria, sed uirtute Christi. Homo itaq;, qui fide recipit
 à Christo filio Dei uiui, se sic purgatiū ac restitutum,
 talis est, qualem esse se credit, atq; ideo nactus purgatio-
 nem à peccatis, iustus est corā Deo per Christum Iesum.
 Is igitur qui idiu fuerit in hac uita, placere conabitur Pa-
 tri suo cœlesti per filium eius Dominū nostrum. Id quod
 fieri, si iugis per charitatem erga proximum exercebit
 officio. Quod siquid hic ob carnis reliciū uitium minus
 perfectè geritur, Deus Pater ille benignissimus ob fidē Ie-
 su Christi nō imputabit, modo conatus hominis sit pro-
 bus, & ex Spiritu Christi, propter quem Deo, quæ pla-

cent placet omnia. Accedunt hoc uerbū et sacramenta, quibus & uoluntate Dei cognoscimus, & de gratia eius certificamur, & fide constabiliur. In his dum uersatur homo pius mortem expectat, quam Dominus ordinavit, et ut tam sperat indubie sempiternam. Figmenta hominum, que salutem pollicetur, ut nouit nihil praestare huius, ita negligit, & dum se nimis contra Deum erigere contantur, pro uirili pessundat, charitatis interim habita ratione tamē. Hec est igitur uita hominis Christiani secundum ueritatem Domini. Siquis aliam instituerit, is, quia proprias cogitationes sequi manuit, in fine precipitabitur. Ergo nemo post illa audebat illum interrogare. Taliis est sapientia coelestis, ut nemo quāuis sapiens in mundo queat resistere. Hoc ipsum itaq; uidētes scribæ, ne magis magisq; erubescere corā populo cogeretur, deinceps à subdolis quæstionibus sibi temperant. Iesus autem dum illa desinunt, ipse incipit inter docendum rogare, quod certe supra captum eorum, ad hunc modum:

Quomodo dicunt scribæ Christum esse filium, &c.

Christus errorem magnum, nō solum uulgi, sed etiam doctorum legis, et horum in primis, ut qui in alios ipsum transiuderat, hac in uerigatione uide tur emendare uoluisse, quē habebant de Messia futuro in mundū. Putarant enim, quia filius Davidis in scripturis uocabatur, eū patrū

Viter regnaturum, ut David regnarat. Dein regnum hoc mansurum semper, ita ut nullius imperio subiciendi forent. Christus autem in hoc est, ut magnificentius quidam intelligatur de Messia, et de regno eius: puta nec temporalem regem futurum, nec regnum ipsum temporale, & illum maiorem etiam ipso Davide, atque id ex uerbis Davidis. Ait ergo: Quomodo dicunt scrib.e, &c. Constatbat scribas tenere, ac dicere, Christum, id est, undū illum Dei, filium esse Davidis, ut ex Mattheo quoq; patet: Si filius, quomodo uocat igitur David ipsum Dominū suum? Mirabilis filius, qui & patris est Dominus in Spiritu, uocatus. Dixit (inquit David ps. 109.) Dominus Dominu meo, Dominus inquam rerū creator omnium, & conservator, dixit Domino meo, filio suo uidelicet Iesu Christo. Sede à dextris mihi, id est, potēter regna super omnia que sunt in cœlo, qu.eq; sunt in terra. Nam hoc est sedere ad dexteram Dei. Eph. 1. Donec posuero, &c. Donec omnes, qui non sunt nati ex me, sed ex sanguinibus, & ex uoluntate carnis, & ex uoluntate uiri, atq; ideo neq; me nosse possunt, neq; te Christum meum, sed odio potius impellente patre ipsorū diabolo prosequuntur utrumq; donec inquam subijciam illos sub pedes tuos, ueluti scabellum. Vide. 1. Cor. 15. Illud uerbum David dum loquutus est de Messia, qui tamen filius ipsius erat futurus, qualiter putatis, q.d. sensit de Christo? Non certe quemadmodum uos, sed uti docuerat Spiritus. de filio Dei. Is qui-

dem quod in carnem uenturus erat, ob eam, quia ex progenie Davidis adsumenda, recle filius Davidis appellatus est. Nihilominus quia quod fuerat ab initio non mutaratur, etiam filius erat Dei, quo modo nunquam ferè Iudeorum doctores de Christo senserat, id quod satis constat ex Matth. ca. 22. ubi sic legitur. Et nemo poterat ei respōdere uerbum. Silentium enim coactum indicarat, nunquam eos intellexisse quicquam de Christo tale, quem tāto desiderio uidebantur tamē expectare. Et pleriq; turba audiebat eum libenter. Turba non perditorum, sed eorum, qui conscientias expetebant esse liberas.

Et dicebat illis in doctrīna sua, &c.

Prolixior est hic Matth. ca. 23. Christus enim postquam sic egerat cum phariseis hypocritis haec tenus, tanquam essent sanabiles, hic ut omnia uidit incassum tentata, iubet turbas, ut sibi caueant ab eis. Depingit autem eosdem, ut à nemine non possint cognosci. Gaudet inquit, uestibus ad talos usq; demissis obambulare, amant salutando reverentiam in foro exhiberi sibi, et affectant in cōgregationibus πρωτοκαθεδρicas, primas sellas, et πρωτολυτoricas, primos accubitus in cœnis, quæ omnia spectabant huc, ut uideatur, quæ cupiditas magna fuerit aestimationis in cordibus illorū. Vix est enim bestia superior hypocrita. Sequitur: Qui devorant domos uiuarum.

duarū. Auarici sunt, & sine misericordia, falsoq; religiosi.
 Deuorat enim domos, id est, substantias & bona uiduarum, ob uentrem etenim est parandi bona cupiditas. Nec
 est misericordia erga destitutas, infirmas, et peccatis non
 nunquam oneratas, imò hæc faciūt, ut libentius ipsas ad-
 grediatur, præsertim dum fuerint ditiōres, nam reliquas
 non ita curant, nisi forte iuuenes. Religionē autem ostendunt
 sub pretextu longarum precum, quibus nihil aliud
 tamen, quam decipiunt. Volunt enim ut pro religiosis ha-
 biti rapere ac uorare queant, nemine non fauente, pro li-
 bitu. Tale genus est uenditantium se sub nomine religio-
 nis. Mores huc Papismi conferantur: dispeream, nisi non
 omnia reperiantur paria, ne dicam grauiora multo. Ca-
 ucamus, quibus Deus hodie ueritatem filij sui commisit
 diuulgandam, ne uel superbia uanitate reddamur turgi-
 di, sumus enim ministri Christi. Vel auaricia capiamur ob
 uentris ingluviem, ut quibus est in ore semper temperan-
 tia. Vel hypocriti stultescamus ueritatis ebuccinatores:
 Ac precemur, ut quibus est Dominus illuminatio, ijsdem
 sit & protector in æternum, ne quod sequitur, & in nos
 redundet: Ait enim Dominus. Isti accipient grauiorem
 damnationem. Adeo non est Deo gratum, quod illi faciunt
 in speciem bonum ac sanctum, postquam tanta latet mali-
 cia. Iudicet ergo sanctimoniam hypocrisim, hypocrisim
 inquam, sacerdotum, monachorum, monialium, eremita-
 rum, beguttarum, & horum similiūm qui uelit, nos ex

CAP.XII.

OSVALDI MYCONII

uerbo Christi discimus, grauius iudicium ex his, quæ agunt, eis superuenturum.

Et cum federet Iesus ex aduerso, &c.

Notatum dignissimum, quod hic factum, & quod inde Christus docet discipulos. Misit turba in gazophylaciū, id est, arcā paratā ad hoc, ut illuc munera Dci demitterentur. Diuites multi multa conferebant: Ceterum uidua quædā pauper, misit duo minuta, quod est quadrans numulus æreus ualde paruuus. Hic itaq; iudicium audiamus Domini. Ad discipulos enim ita dicit: Amen dico uobis, quod hæc uidua, &c. Aliter docuerant procul dubio Pharisæi, quare diuites diuiter etiā dederant, existimantes Deo se nō vulgariter inferuiisse. Verum quid ita Dominus iudicat? Omnes, inquit, ex eo, quod ipsis supererat miserunt, longè plus, q.d. sibi reseruātes domi. Vidua autem misit totam substantiam suam, nihil seruans sibi. Hæc igitur Domino placet, illi nō ita. Meritus Deus, non certe quod datur, sed animū dantis: hic si fuerit sincerus in Domino, bene se res habet: Sin aliter, etiam si montes adulteris aureos, nihil efficies. Purgandus est igitur antimis fide, deinde quicquid is iusserrit agendum, si gratificari uoluerimus Deo, nam eo non sic instruō, quicquid egerit displicebit.

CAPVT

IN MARCI RVANG. EXPO. 234
CAPVT DECIMVMT ERTIVM.

Et cum exiret e templo.



X Matth.ca.23 patet, unde nam ansa fuerit discipulis (Mar. noster de uno loquitur, forsitan de eo, qui uerba fecit, cum animus idem esset omnium.) indicandi lapidum magnitudinem, ac substrictiones templi, contra Hierosolymam enim dixerat, futuram desertam, unde moti commiseratione, qualiter solet caro, quod structuram admirabilis deberet uel deseriri, uel destrui. Quare dicunt: Preceptor, uide quales lapides, &c. Christus autem confirmans, immo clarius exponens, quod dixerat, inquit. Non relinquetur lapis super lapidem, qui non diruatur. q. d. adeo Deum offenderunt impietate sua Iudaei, ut etiam si uoluerit hactenus hic coliri, & inuocari, tam non multo postea futurum sit, quod dico. Atq; id quidem, ut uel mundus intelligat, & maximè Ecclesia conuentura ex Gentibus, quid sit, impium esse cōtra Dominum, quamq; nihil sit tam nobile, quod, si quis abutatur ad dishonestandum potius, quam ad recte colendum cum, non demolitur, & ad nihilum deducat. An uero non dignè quis mirabitur, Papistas templorum structuram uelle comprobata m ab hoc templo, cum uideat, quam externis Deus non capiatur, etiam que sunt ab ipso splendidissimè, & cum ingenti admiratione omnium extracta? Quidni potius

P 4 sic collig-

sic colligunt? Deus iussit templum extrui suo nomini, quia uero tam per incredulitatem defecerunt Iudei, tamque utixerunt impiè, non templum, non templi sacerdotium ac ceremonias respexit, quin totum illud, quod ante a titulum Dei portauit plane subuerterit. Igitur fides est, quæ Deum delectat, qua seruitur ei, qua recte colitur, non substructiones pyramidales, non boatus, & ab hominibus confici cultus, qui sunt in illis, in quibus perfectam habent pietatem tamen collocauimus. Ergo desinemus dum tempus est, & cultum instituemus, qui est secundum Euangeliū Christi, quo uidelicet Deus, qui Spiritus est, colitur spiritu, & ueritate. Io. 4. Vitamque nostram ad cultum hunc adaptabimus, certo certius est enim nisi sic fecerimus, exemplum Iudeorum & in nos redundaturum. Verum nihil tale uenit in mentem, sed contra potius omnibus uiribus in hoc sunt, ut uero, quod tenent, tueantur, & Euangelicum Dei cultum radicitus extirpent, cōbustis, decollatis, submersis, & adhuc miserabilius perdiuis omnibus, quibus ueritas est cordi. Age Dominus, cui iustus est oculus, uidebit.

Et cum federet in monte
Oliua. &c.

Quatuor nominatim ponuntur hic discipulorum, qui ceteris curiosi magis à Domino querunt, quando nam de struclio templi & urbis sit futura. Et quod huius rei sit gnum

gnum, nechuius solum, sed & consumationis saeculi, nam
 uix putarant templum & urbem finienda, nisi & mun-
 dus periret. Christus uero more solito respondet, abstra-
 bens ab his, quae non erat illorum scire, ac ea docens, quae
 nosse oportebat. Videtur autem respondendo complecti
 tempus totum ab exitu suo ad Patrem, usq; ad tempus ex-
 tremi iudicij: atque id hoc ordine, ut primò dicat de his,
 quae ante Hierosolymæ deuastationem erant euentura.
 Secundo deuastatione ipsam. Tertio que post hanc. Quar-
 to de Iudicio. Incipit ergo quasi dicat, quid quæ so uos
 haec mouent? Videte potius, ne quis uos fallat, nam ea sunt
 tempora futura, ut planè sit cauendum uobis. Veniet enim,
 qui dicituris sunt, se esse Christum. Venient & bella, rumo-
 res bellorum, fames, pestilentiae, terramotus. Et in uos
 exundabit afflictio, et crudeliamala. Nihilominus præ-
 dicabitur Euangelium meum per uniuersum mundum.
 Multi uenient ergo, dicit, in nomine meo dicentes: Ego sum
 Christus, multosq; decipient. Nemo sicutamen dixit un-
 quam. Quicunq; se salutarem adserit esse hominibus, uel
 id quod in homines promulgat, is adserit se esse Christum.
 Ut ea tempestate Simon ille magus de quo Aet. 8. qui sic
 dementarat gentem, ut dicerent esse uirtutem Dei ma-
 gnam. Sed proderit uidere de magorum multitudine po-
 pulum seducentium (ut nos breuiores simus,) & se pro-
 phetarum nomine uenidi: antium, Ioseph: Antiquita: li. 20
 ca. 4. II. 12. 14. & de bello Iuda: li. 2. c. 12. Seducent

Seducent autem, & id iure quidem: qui enim ueritati credere non sustinuerit, reple præcipitatur in mendacium & in omne malum. Et Deus ita quidem futurū, nō uno loco persuas prædictis ut Lcuit. 26. Deut. 27. Esa. 8. & 29 &c. De bellis aut̄ reliquisq; malis ferè constat omnibus, quib. est Iosephus aliquo modo cognitus. Crudeliter enim sunt agitati Iudei priusquam penitus excinderentur. ut patet ex authore dicto li. Antiqui 20. ca. 6. et deinceps ad finē usq;. Et li. 1. belli Iudaici usq; ad Vespasianos, quibus penitus deleuerūt. De fame legitur apud eundē li. Antiqui. 20. c. 2. & Act. 11. Pestilētia, quēadmodū post bella et famē plerūq; saeuia, philosophi naturaliter disputāt. à cadaverib. uidelicet insepultis aëre corrupi, reddiq; pestilentē, unde post et homines inficiātur. Similiter à fame bonos humores mutari in malos, & inde homines ad aeris corruptionē hauriendam accōmodos fieri, genraricq; sic pestem. Hāc grāssatam illis fuisse tēporib; ex uerbis Christi satis patet, eq; dictis rationibus. quis Iosephus nō commemoret. Tamē si uero mala ista sunt grandia, dicit tanen Christus initia dolorum fore. Constat enim, quod ubi Titus urbē obseedit, factiones in ea progressas usq; ad cædes & latrocinia. Famem fuisse tam, ut nec parentes liberorum, nec contra, rationem ullam haberent. Edisse simū bubulum, quæfuisse cibum ex cloacis, coriū scutorum comedisse, & calceos aqua demollitos. Imò tamē mulierem nobilem puerum obiulisse dimidiatū militibus cibum queritantibus

qui erit antibus, alteram enim partē consumperat ipsa,
 &c. De his malis ergo dū incipit loqui Dominus monet
 discipulos ne turbētur. Solēt enim propemodū ex anima-
 re, neq; parum religionem fissere. Nēquid huius igitur
 illis eueniret, oportet, inquit, hæc fieri, quia commeriti
 fuerant Iudei, ut priusquam funditus perirent, uexaren-
 tur & grauissimè, & diutissimè. Sed caute uos uobis, tra-
 dent enim, &c. At quomodo inquis cauendū, cum uita sit
 perdenda pro Christo? Agendū quidē, ut apud Matth. est.
 Nolite margaritas ponere ante porcos, ne uos lacerent.
 Nō est malū accersendū temerē, seu per imprudentiā. No
 uit Dominus tēpus uisitandi per tribulationes, per suppli-
 cia, per mortem suos, id quod non est præoccupandum. In
 Actorum libro clare docentur, quæ discipulis Christi se-
 cundum hoc præsens uaticinium acciderint. Nam à mor-
 te Stephani nō desierunt à persequendo Iudei, donec am-
 plius nō liceret. Interim tamē prædicabatur Euangeliū
 apud omnes gentes, hoc est, apud uarij generis populos
 multos. Nam quoisq; peruenierit intra id temporis nun-
 ciū illud de Christo, clarū est ex Actis apostolorū, et ex
 Epistolis Paulinis ac aliorū. Cum aut̄ duxerint uos tra-
 dentes, &c. Ecce quanta diligentia Dominus laboret ut
 suos reddat securos in summis afflictionibus. Hominis
 etenim ingenium supra quam dici possit anxiū est, ac ua-
 rum in eiusmodi tribulationibus, id quod Christus cauere
 mititur, post quam mala, quibus erant petendi sui propter
 ipsum

ipsum essent. Nō dicit, ergo præ cogitandū anxiè, quidnam sit respondendum præ sidibus, ad quos ducantur, sed in illa hora, quicquid Spiritus sanctus, qui per eos dicturus sit, suppeditauerit, eloquantur. Christi negocium est enim, is non potest cessare. Nō igitur prohibet, ne scripturis incumbant, sententias ponderent, secumq; diligenter repeatant, sed ne dubitent, quin ipse Spiritu suo direxerit ad omnem obiectionem, ad omnia dicta linguas eorum. Illud autem prohibet, ne sibi ipsi fidant. Traditurus est autē frater fratrem, &c. Frater infidelis tradet fratrem fidelem, & pater infidelis fidelem filium, & contraria, filij infideles tradent parētes fideles in mortem, adeo falsa religio pios affectus omnes necat. Mirum, non est enim quod idem faciat, aut possit. Veritas rei abunde comprehendatur hodie. Et critis odio, &c. Homines sæculi huius non poterunt uos amplecti, donec me colueritis, adeo nihil est eis mecum, aut mihi cum illis commune. Quia uero non erit alia causa, quur habeant odio, quam nomen meum, bene agetur uobiscum, tantum persecutis, qui perseverauerit enim usq; in finem, hic saluus erit. Videamus igitur, Christo ad prehensō, nulla re opus esse, quam constantia, nam indubie salus comparabitur. Hactenus de primo tempore.

Porrò cum uideritis abomina.

Cum uideritis, inquit Christus, abominationem desolationis,

lationis, id est, abominandam desolationem, scilicet, Hierosolymæ. Patet expositionis huius ueritas ex Lucæ ca.
 21. ubi de eadem re loquens Euangelista, his uerbis scribit: Cum autem uideritis circumdari ab exercitibus Hierosolymam, tunc scitote, quod immineat desolatio eius. De qua Daniel ca. 9. Stantem in loco, ubi nō oportet, ut pote in loco sacrosancto, qui ciuitas Dei, et habitatio Dei toties in scripturis uocatur, Hierosolyma uidelicet. Qui legerit, intelligat. Diligentiam huius lectionis commendat Christus, habet enim recte percepta non negligēdam utilitatem, cū doceat cauere, ne Christus ledatur, sed suscipiatur ut filius Dei promissus. Verba Danielis sic habet. (Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt super populum tuū, & super urbem sanctā tuam), id est, post 70. hebdomades annorū, hoc est, post annos quadringentos, & nonaginta, finis erit populi tui, & urbis Hierosolymæ. (Ut consumatur prævaricatio, & finem habeat peccatum, & delectetur iniquitas, & adducatur iusticia semperna.) Hec certè omnia per Euangeliū gratiam sic obligarunt. (Et impleatur uisio & prophetia) secundum quod dicitur Matth. 11. Nā omnes prophetæ, & ipsa lex usq; ad Ioannem prophetauerunt. (Et ungatur sanctus sanctorum) Christus Iesus uidelicet, qui est unius præ participibus suis. (Scito ergo & animaduerte, ab exitu sermonis, ut iterum edificetur Hierusalem) q. d. ut certa sit tibi temporis ratio, numerare incipias ab eo sermone,
 qui est

qui est de restituenda Hierosolyma (de qua re uide secun-
do Esdræ, ca. 2.) Et inuenies (usq; ad Christū ducē heb-
domades septē) . id est, quadraginta nouē annos (Et heb-
domades sexaginta duis), id est, annos quadringentos
triginta quatuor. Qui anni omnes sunt, 483. (Et rursum
edificabitur platea, et muri), id est, Sic permittēte Arta-
xerxe precibus Neemiae . (In angustia temporum), id
est, cum multa uicinariū gentiū ad afflictione, ut iterū in Es-
dra abundē perspicitur, per hebdomades septē. (post heb-
domades sexaginta duas). Adde. Et septē iā dictas, id est,
post annos. 463, (occidetur Christus) hoc uno loco Iesus
seruator ille noster, Christus aperte uocatur. (Et nō erit
eius populus, qui cū negaturus est). Populus Iudeorum
hactenus uocatus Dei populus, nō erit amplius populus
Dei, negaturus est enim Christum Domini. (Et ciuitatem
& sanctuarium dissipabit populus cum duce uenturo), id
est, Dux Ro: aduenturus est ad deuastanda omnia que di-
ximus in vindictam occisi Christi. (Et finis eius uastitatis
& post finem belli statuta desolatio.) Nam ita definitum
id est à Deo. (Confirmabit autem pactum multis
hebdomada una). id est, hebdomada septuagesima Christus
pactum, hoc est, fœdus gratiæ Euangelicæ, confir-
mabit cum multis. (Et in medio hebdomadis deficiet
hostia & sacrificium) Nam in hoc medio Christus offer-
retur ad abolendas hostias et sacrificia Iudaica, postquam
tribus annis, & sex mensibus, ut 10. habet, prædicauerit,

IN MARCI EVANG. EXPO. 13

¶ beneficijs multis populum Iudeorum adfecerit, reliqua hebdomadis parte à discipulis eius exigēda. (Et erit in templo abominatione desolationis), id est, abominanda desolatio, ac deuastatio. (Et usq; ad consummationem et finem persecuerabit desolatio), id est, omnia funditus perdentur. Et consumabuntur. Hæc mens est uerborum Danielis, ad quæ hoc loco remittit Dominus. Calculationem licebit uidere apud alios, nos breuitatem seruare cogimur. Tunc qui sunt in Iudea, &c. Exponit his Christus desolationis abominationem, id est, crudelitatem. Fuga poterunt homines consulere sibi, et fuga in montes, non in ciuitates, ut in quibus non erit salus. Similiter qui fuerit in teclo (in teclis planis et latis uersari consueverant eius regionis homines.) non descendat in domum ut aliquid inde tollat, sed fugam ineat quam celerrime. Et qui fuerit in agro fugam circumspiciat confestim, non curando quicquid post se relinquit, immo quibus nudum se tegat, fugiendi tempus erit, non amiciendi. Vae autem prestantibus, &c. Dictam ob causam infeliores erunt mulieres pregnantes, et lactantes, oneratis namque infantibus sugere non licebit. Nec minus infelices crut omnes simul, si fuga inciderit in hyemem. Addit Matih. & Sabbathum. Nam utroque tempore difficulter erit, illo quidem obfrigus, hoc ob religionem, amplius enim mille passibus ex instituto patrum ambulare non audebant. Erunt enim dies illi, &c. Decies enim centena millia perierunt Iudeorum

CAP. XIII. OSVALDI MYCONII

Iudeorum igne, fame, gladio. Et ita, qui superstites manserunt, dispersi sunt, ut deinceps ad sua nunquam redierint, nisi sub Hadriano Cæsare. Verum non longo tempore post proprie rebellionē ab eodem, Iulio Seucero missō cum exercitu, pœnitus doleti paucissimis remanentibus. Ad quinquaginta namq; millia sunt cæsi, fame, morbis, igne magna uis absumpta est. Ita Dion in vita Hadriani. Non dubium est, quin huc respexerit Esa: dum ca. 6. ad hunc modum scribit. Et rursus erit in prædā sicut terebinthus, & sicut quercus, que proiicit fructus suos. Nam & illic propheta uidit desolationē, qua de hic mentio. Et nisi Dominus abbreviasset, &c. Habuit Deus electos etiam inter Iudeos, quos perire solebat, et propterea decurtauit dies illos calamitosos. Addunt quidam, & mea quidem sententia non temere, cōseruatos quosdam etiam malos, ut eorum pertinacia producta in longam tempestatem, gentibus Christum recepturis exemplo forent, ne similiter agerent Domini beneficijs ditati aliquando, cogerenturq; pati non tam similia, quam post hanc uitam grauiora. Sunt item, quibus & haec placet causa, per hos seruatos placuisse. Domino libros quoq; uet. testa. seruare, ne nobis decessent promissiones in nouo testa: praestite, atq; id lingua sacra, per quam et ora calumniantū biblia Christianorum possent occulti. Certum est illis hodie contra Iudeos, & iudaizantes monachos ualde opus esse. Supplicium igitur hoc de Iudeis sumptū nobis est iugiter ante

ante oculos ponendum, ne Deum & Christum eius part
negligentia habentes ac contemptu, pariter sit pereun-
dum. Acceperant illi, dum adfligerentur, tanta Dei bene-
ficia, senserant manum eius tam benignam, ut dicat pro-
pheta: Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non
manifestauit eis. Sed his omnibus sunt abusi postquam au-
ro, argento, quadrigis, equis abundarunt, ad idololatriam,
& ad omnem maliciam. Esa. 1. et 5. Interim & Domino ser-
uiebat per meram hypocrisim eum usque, ut dum filius eius
ueniret in viam ipsos reducturus, ab hypocrisi ad uerum
cultum Dei, traditus sit in mortem. Nam & nos Deus ho-
die benignissime uisitauit beneficio uerbi salutis ita, ut a
temporibus Apostolorum diuitius non sit concessum. Er-
go nisi uelimus pati ob ingratitudinem, qualiter passi
sunt Iudei, uigilandum est diligenter, ne malus nos sedu-
cat, ne mundus capiat, ne caro nostrablanditijs suis irre-
tiat. Studendum item obediencie Spiritus, ut uidelicet hoc
duce perducamus hic in omnem ueritatem, & secundum
hanc ambulantes post misericordiam huius uite cum Deo uel-
lamus aeternum. Hactenus de tempore secundo.

Actum si quis uobis dixe-
rit: Ecce.

Post afflictionem illam, & deiuceps usque ad signa illa
prænuncia aduentus Domini, exorientur pseudochristi,
& pseudoprophetæ, ac dicent. Ecce hic Christus, ecce il-

Q lic, ne

lic, ne credatis. Quid quæso Dominus dicit aliud, quod
futuros, qui docturi sint salutem esse in hoc, uel illo loco,
in indulgentijs, in missis, in operibus, alijsq; huiusmodi
rebus speciem religionis præseferentibus? Quales irre-
pserunt mox ab initio Romanam urbem eò nocentius
quò occultius, pietatis enim species prætexta cæcutientes
hominum oculos perstringes, texit quicquid latebat m̄
li. Quamuis autem nullus ex his tunc quidem dixerit,
Romæ Christus est, successu tamē temporis, summi Pon-
tifices iactarunt sedem Petri, & proinde Christi se, huius
quidem iussu, tenere, & potestatem remittiēdi peccata si-
bi concessam. Super quo fundamento tantus ueniarum,
quas indulgentias uocat, aceruus extrectus est, ut in coe-
lum is usq; & in nescio quod purgatorium se porrexe-
rit. Cum uero remittere peccata solius sit Dei, & hic ho-
norem suum non tribuat alteri, dicere se remittendi pec-
cata potestatem habere, secus quam habuerint Apostoli,
non solum uidetur dictum, hic uel illic esse Christum, sed
se esse Deum, & Christum ipsum. Quocirca Papam hoc
locum significatum à Christo planè persuasus sum, & co-
magis, quod uerba, quæ loquitur, ad discipulos loquitur,
& ideo ad omnes Christianos. Deinde quod ait pseudo-
christos illos signa, & prodigia facturos ad decipiēdos,
sifieri posset, eccl̄ios. Nam quis unquam signa tam edi-
dit stupēda, ut eccl̄ios ita mouerint excepto Papa? Omnia
tēpla, omnia sacella, sed & aediculae campastres omnes re-
ferte

fert et fuerunt signis, et sunt adhuc hodie Papalibus. Mox
 enim ut facillum fuit auctoritate Papae consecratum, ad
 parienda signa facta est fœcunditas. Quod si quando si-
 gna præuenerunt dedicationem, protinus, ubi comper-
 tum id est, ut illa confirmarentur, consecrationem necesse
 fuit sequi, ut uis illa primaria, qua malus inuenit signa
 faciendi seu confirmandi ratione, ad abstrahendum mife-
 ros a uero cultu Dei solius, sit plane tribuenda Papae. Ac
 cedit quod hic idem posterioribus temporibus huc proce-
 fit insaniæ, ut adfirmaret ex elementis fieri corpus et san-
 guinem Christi, per consecrationem sacerdotis, deinde
 speciem elemetorum (ita uocauit ipse,) proposuerit sen-
 tibus pro his, in quæ mutata dixerat elementa. Vbi qui-
 dem disertis uerbis dixit. Ecce hic Christus panem, uinum,
 hierothecam demonstras. Tandem an non et nomina fa-
 ciunt hoc, pseudochristi, pseudoprophetæ? falsus enim
 Christus, id est, falsus remissor et condonator peccato-
 rum, habuit falsos condonationis huius promulgatores,
 tanto quidem numero, tantoque tempore, ut res sit hodie
 multo difficilior, uel pauculos quosdam per Euangelij
 lumen ex tenebris reducere. Hæc quidem hactenus dico
 pro captu meæ fidei, ne mini prescribens, cum nemine con-
 tendens, cui non placent, querat quæ placere possunt, ue-
 de Ben Coziba, qui sub Hadriano Principe, imposturis
 in gen: i multitudine congregata, regem se, et Christum
 Iudeis professus est. Sed perire tandem in Bitter oppido

Q. 2 horrenda

CAP.XIII. OSVALDI MYCONII

horrenda multorum ei credentium clade. Videri potest
li. 4. Petri Galatini. c. 21. Fuit anno quadragesimo octauo
post excidium Hierosolymæ. Eos qui ad Mahumetum
uerba Christi detorquent, ut quisce magnum æterni Dei
prophetam dixerit, atq; ita Asia & Africæ populis
imposuerit suæ sententiae permitto. Vos autem cauete.
&c. Cauere, & circumspicere agere iubet Dominus pro-
pter periculum: Inter spinas enim uersari, & non pungi
difficile est. Quāto difficultius uero, si spinæ fuerint splen-
dido, ac molli teclæ uelamine? Ecce prædixi uobis, ut O
me ueracem, ubi adfuerint mala ista, cognoscatis, & me-
lius cauere uobis queatis, ludibrijs facie coram oculis pos-
ta. Tantilla de tertio tempore.

Cæterum, in illis diebus post
adflict. &c.

Et hæc faciunt, ut de Papæ regno uerba superiora ui-
deantur intelligi debere. Tunc enim futura sunt signa, de
quibus in præsens loquitur, ubi per pseudochristos, &
pseudoprophetas hominum conscientiæ tam crudeliter
sunt adficiæ, cuius finem nec hodie uideamus. Vbi igitur
finis aderit, tunc sol obtenebrabitur, &c. Cum discipulis
ergo loquuntur Christus de iudicio, in quo redditurus est ad
iudicandum uiuos & mortuos, signa primò, quæ præces-
sura sunt, ostendens. Deinde aduentum suum. Tertio ut
per angelos sint cōgregandi electi Dei. Quarto nomen
illum

Mūm nosse diem pr̄eter Deum. Quinto hortatur ad uigilantiam. Signa sunt h̄ec. Sol obtenebrabitur, & luna non dabit splendorem suum, & stellæ coeli incident, & uirtutes, que in cœlis sunt, concutientur. Placet hic mihi sententia illorum penitus, qui dicunt, sidera in aduentu iudicis obscuranda, non quidem lucis suæ diminutione, sed claritate superuenientis lucis, qui Christus est: h̄ec enim lux tam erit splendida, ut solis lumen, & reliquorum siderum uelut tenebræ sint. Aduentus autem non erit, qualis prior, in humilitate, sed in gloria, in maiestate Patris, & sanctorum angelorum: bonis quidem sufficiendus, iudicandus, et acceptus: malis uero terribilis, ut satis patet ex Matth. ca. 24. Congregabuntur & tunc electi à quatuor ventis per angelos Dei, ubiuncq; fuerint, non erit enim locus, qui si habuerit uel anima, uel corpus hominis electi, qui non cogitat uerum reddere, quod hactenus continuit. A fico uero discite similitutinem, &c. Quāvis extremi iudicij dies nemini fit cognita, nisi Deo, sicut mox audiems, signis tamen quibusdam præcedentibus eam Christus ostendit tam certò, quām certum est ex tenerescen- tibus ramis ficus, gemmas ac folia protrudentibus æstati imminere. A fico uidetur autē similitudinem potius sumere, quām ab alijs arboribus, quod in his usuuerit sa- piens, ut in flore pereat incidēte frigore, quod dein etiam portenditur aliquousq; ut ætas non continuo sequatur. Non ita in fico, nam uernat h̄ec post alias arbores, ut fri-

gus interuenire non posſit, quare certum eſt, ea parturi-
ente non procul æstatem abeſſe. Siſ eſt de aduentu filij
Dei, cum ſigna prædicta fieri cœperint, ſciendum quod
prope ſit in foribus. Luc. dicit. Scitote quod inſtit re-
gnum Dei. c. 21. Hęc autem cum diſcipulis loquitur qui
tamen ad tempus illud non adtigerūt, & iubet apud Lu-
cam, ut ſuſpiciant, & attolat capita, quoniam ad propin-
quet iſorum redemptio, ut & iſi, et posteritas ab eis do-
cta perdurent in perpetua uigilantia, nam ita futurum
erat, ut Dominum iugiter expectantes non opprime-
rentur à morte, atq; ſalutis nō poſſet eſſe dubium. Amen
dico uobis, &c. Confirmatio eſt uchemens, nempe cum
iuramento facta, que dixit omnia taliter euentura, quēad-
modum ſit audītum priuquam hęc, præſens inquam, ge-
neratio prætereat, hoc eſt, intra centū annorum ſpatium,
excepio die iudicij. Anōtauit enim Eras. γενεαν apud
Græcos aliquoties accipi, non pro ipta natione ſeu gente,
ſed pro eo, quod Latini nūc ætatem uocant, nunc memo-
riam, nonnunquam & ſeculum, unde Nestor, inquit,
τρεις γενεας uixiſſe legitur, quod tres hominum æ-
tates durauerat. Iudicij autem dies uel ob hanc cauſam
non poſteſt intra ſeculum illud includi, quod notaſit ſoli
Deo pariter cum hiſ, que tūc futura Christus prædi-
xit. Nobis uerè coſtat, quām diſta omnia intra ſpatium præ-
nominatum acciderint: Tum ut pseudochrifti unctem-
poris inceperint, & hodie ſint, & ita manent uſq; ad
Christum

Christum Iudicem, quamobrem de sententia demonstrata non potest esse controuersia. Magis confirmant etiam hæc uerba: Cœlum & terra præteribunt, sed uerba mea non præteribunt: nam cœlo nihil firmius, & terra nihil stabilius, ab eo nāq; tempore, quo sunt cōdita perdurarūt hactenus, & perdurabunt usq; in finem mudi, tunc enim peribunt, id est, immutabuntur, sicut habet ps. 102. Initio tu Domine terram fundasti, et opera manuum tuarum sunt cœli: ipsi peribunt, tu autem permanebis. Et quomodo, inquis, peribunt? Respondet. Et sicut opertorum mutabis eos, & mutabuntur, &c. At uerba Christi non præteribunt, non est horum immutatio aliqua, quod continent perfici oportet, inest enim ueritas Dei, que immutabilis est. Cæterum de die illo ac tempore nemo nouit, &c. Deus ita cognitionē huius diei reseruauit sibi, ut eam nec angeli, qui sunt in cœlis noscāt, nec filius ipse, scilicet, in quantum homo, cum tamen nihil sit ipsa magis certum. Veniet sicut fur in nocte. 1. Thess. 5. & 2. Petr. ult. Verum magno uoluit Deus id hominum commodo, nam ita perpetuò uigilabunt pīj, ne sint imparati ad occurrentum, quandoq; tandem aduenturus est Dominus. Nā quod buc intendat Christus adhortatione sequente non obscure docet: Cœcite, inquit, uigilate, & orate, nescitis enim, quando tempus sit. Verba sunt clara, diligētiam, uigilantiam, & orationē cōmendantia, ut uideamus, qualis nam esse debeat uita Christianorum, nam nemini non hæc di-

CAP. XIII. OSV ALDI MYCONII

Et. Moriendum est omnibus, & nemo non statuetur olim ad tribunal Christi: quia uero quemadmodum dies iudicij latet, sic & dies mortis, omni diligetia per lubricum huius mundi transeundum est curis rerum, que pereunt, abieciis procul. Et ambulandum in timore Domini semper, nam hoc est uigilare. Ab operibus, in quibus uersamur honeste dum agimus in terris, nunquam ita capiamur, quin semper ad Domini aduentum intendamus oculos. Neque tamen id solum, sed etiam oremus. Nam inter uigilandum non cessat diabolus a grauiter tentando. Vbi quidem nisi per fidem nobis cauebimus deprecationem, e tentationibus uix elabemur. Vigilandi uero modum Christus parabolata docet. Sicut homo, inquit, qui peregrine agit, &c. Nam ita res se habet. Abiens pater familias domum committit unam cum tota substancia seruis suis, & unicuique quod interim agat opus. In primis autem ianitor i mandat uigilantiam, de redditu suo nihil admonens, quo diligen-
tius ac uigilatius incumbat quisque suo opere, nec imprudentes opprimantur ab illo. Non aliter egit Dominus no-
ster Iesus Christus, abiit enim a mundo ad Patrem, relictis in domo sua, qui custodirent omnia, quae commiscerat, bona, prout uisum fuit, huic sic alteri aliter mandans: nam nemo est omnium, qui non habeat officium, cui sit in uigilandum. Ianitoribus autem, nimis rursum Apostolis & uiris apostoli-
cis, qui cauerent, ne fures per noctem subintrent ac furerent, cominedauit ut uigilent, ne malus ille pariter cum lupis, organis

organis uidelicet ipsius ingrediatur in Ecclesiam, ac fu-
rentur malis artibus simplicium animos, atq; sic perdat.
Redditus sui meminit, ut nihil sit certius, uerum horæ ne
uerbo quidem, ut contineret illos in uigilantia perpetua.
Quare subdit: Vigilate, nescitis enim, &c. Ignoratur
quo nam temporis punclo, quæ uerbo hominis ætate Domini-
nus ueniat, an uidelicet in adolescentia, an in iuuentute,
an dum uiri sumus, an in senectute. Quare necesse est ui-
gilemus semper, ne repente ueniens, offendat nos dormi-
entes, non sine certa nostri cōdemnatione. Quamuis au-
tem hæc sine controuersia sint dicta de aduentu Domini,
qui comumnis est omnibus, tamen si de priuato, qui dies
est mortis uniuscuiusq; pariter intellexerimus, non puto
aberrabimus. Nam dies mortis cuiq; priuatim extricatus
est. Quanquam autem uigilantia præcipue commendata
est pastoribus gregis Dominici (id quod serio nobis est
consyderandum) tamen nemo debet hinc excludi, cum ser-
uimus omnes, etiamsi non omnes ianitores: quāobrem
etiam concludit Christus: Cæterū quæ dico uobis, omni-
bus dico: Vigilate. Nescimus diem neq; horam aduentus
Domini, tam uarie tamq; grauiter infestus est mille arti-
fex ille Satan, tam subdolè per cuniculos scalis, tormentis,
telis, clam, palam in membris suis nos adgreditur,
adeo blanditur illius hypocrisis, adeo terrēt alterius mi-
ne & crudelitas, caro propria tam suauiter illectat, ut
plane sit uigilandum in Domino. Precibus instandum

Q 5 iugib[us]

CAP. XIII. OSV ALDI MYCONII

iugibus, ut Satan abarceatur, ne decipiamur à mundi
blandicijs fugienda, quantum fieri potest, eius commer-
cia: ut dometur carnis titillationes pabulum est profecto
subtrahendum: & ne uacillet fides ob technas, fr. audem.
suauiloquentiam, hypocrisim, terriculamenta tyrranni-
dis aduersariorum, audienda, legenda, repetenda scriptu-
ra, & simul in his omnibus ab inuocando non est cessar-
dum auxilio Domini, si feliciter atq; tranquille uolumus
hanc uitam transfigere, uenireq; ad portum exoptatum.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

Erat autem pascha, & azy
mo: &c.



N cipit historia passionis Domini nostri Ie-
su Christi, qua plenius ostenditur, quā nā
de causa uenerit is in mundum, nempe ut
ita satisfaceret iusticie diuinæ pro misericordia
nobis, cui quidem ob hoc satisfactū oportuit ab homine,
quod ubi hominem formasset ab initio Deus, et ad imagi-
nem suam formasset, ut esset iustus & uerax. Eph. 4. &
præposuisset cum omnibus animantibus cœli, terræ, ma-
ris Gen. 1. ipse uero non intellexit, unde comparatus in-
mentis insipientibus, similis factus illis. ps. 48. aliter
in spcm, quod Deus etiamnum diligenter, redire non lice-
bat. Debuit igitur creatori suo iusticiam & ueritatem, de-
buit gratias.

buit gratitudinem ob beneficia. Sed deceptus a serpente inobedientiam pro obedientia: superbiam pro humilitate: iniusticiam pro iusticia: falsum pro ueritate: ingratitudinem pro recto cultu: immo odium pro dilectione repudit. Hec itaq; calamitas cum ab uno fluxit in omnes totum genus humanum infeluum est. atq; adeo cœlo priuatum, nec redditus est ulli, nisi per misericordiam Dei, quam quidem dum Deus constare nobis uellet, sic ante oculos constituit: demisit (quem mox etiam Adamo polluebat) unigenitum suum in carnem tempore suo, ut uictima sine macula fieret sibi post graues afflictiones, pro omnibus, qui fide recepturi essent, filium Dei perlata esse pro peccatis suis. Ita tulit agnus ille Dei peccatum mundi factius a Deo sapientia nobis, iusticiaq; & sanctificatio, & redemptio, 1. Cor. 1. Igitur quæ begnissimus, ac mitissimus ille Dominus noster pro peccatis mundi perpetuus est. Mar. incipit describere, ut ea cognoscentes Christum tam indicibiliter amantem redamemus, & Deo Patri debitam reddamus iusticiam, quæ est ex fide Iesu Christi Domini nostri. Hic est enim cultus Dei, quæ nisi praestiterimus, non erit aliis qui praestari ualeat, qui corporum est enim uelut sponte succrescit, dum fides fuerit integra, rideant Papistæ filibet, ueritatem loquimur in Domino. Ergo pascha, id est, transitus Domini commemoratio, de quo Exo. 12. & tempus azymorum, panum inquam, qui carentes fermento per dies fuerant septem edendi, erat

post

post biduum. Agnus edebatur in illa cōmemoratione, ut
beneficiū redēptionis filiorum Israēl, quae facta erat sub
Pharaone tyrāno, repeteretur. Qui quidem agnus pre-
figurabat Iesum Christum offerendum pro liberando po-
pulo Dei, siue is esset ex Iudeis, siue ex gentibus, à tyra-
nide mali dēmonis, & transferendo in regnum illius.

Et quærebant summi
sacerdotes, &c.

Horrendum quod antīstites religionis consilium in-
eunt aduersus Christum. Nam quomodo fieri potest, ut
tales sic aberrent, cum scripturā sit illis cognitio, per-
petua tractatio, iugis prælectio, in quibus Christus fuerat
promissus, descriptus, depictus, atque ex eis expectatus
tanto tempore, tantis desiderijs, tantis etiam multorum
gemitibus: atq; dum adeſt uilipenditur, abiicitur, occidi-
tur? Laqueus certè fit scriptura carentibus gratia Dei.
Carent uero gratia, quātum nobis liquere potest, qui scri-
pturæ ueritate neglecta, suas potius cogitationes sequi-
tur, & illa propemodum ad hasce constabiliandas abu-
tuntur. Dum igitur Iudæorū primores ita sibi placent,
ut iusticiam propriam statuentes, iusticie Dei non esse
uelent subditi, scripturam legebant frustra, & Christum
audiebant frustra, imo cum magno detimento salutis.
Caveant hac tempestate, quibus tam arrident humana, ut
audeant scribere, non omnia literis Euāgelicis esse con-
tentas,

tenta, quæ sint credenda ac agenda, ni malint accenseri
 summis sacerdotibus, quam pijs Christianis in extremo
 iudicio. Cæterum uidemus, quod adhuc magis horren-
 dum. Carebant sacerdoles isti uel specie cause iuste con-
 tra Dominum, quare consultabant, quomodo per dolum
 comprehensum occiderent, ut certum sit, illos in corde
 suo uictos, Christum esse bonum uirum, & sanctum: quia
 uero cōtrarius erat uis ipsorum, & existimationi deroga-
 uerat, & questum diminuerat, odium & inuidia sic in
 eis feruebant, ut semel statuerint, pereundū illi quacunq;
 ratione, modo caueretur ne tumultus fieret in populo:
 quod putabant quidē prouisum non imprudenter, si non
 occideretur in die festo. Conueniente nanq; toto populo
 iudicorum, fieri nō poterat, quin adessent, quibus mira-
 cula Christi profuerāt, innumeri. Timebat igitur ne tu-
 multus ab his excitatus in damnum sibi cessurus foret.
 Festinabant ergo ut diem festum præuenirent, dumq; pu-
 tabant parasceuense ad facinus destinatum prudēter de-
 legisse, pijs cogitationibus subministrant, prouidentiam
 Dei sic instituisse, ut Christus eo die fieret oblatio pro
 peccatis mundi, quo die typicus agnus, qui haec tenus agnus
 Dei præfigurarat, & deinceps finem erat habiturus, fue-
 rat edendus. Timet populus sacerdotum homines, non ti-
 met Deum, cum hunc tamen iactarent, ut cuius essent mi-
 nistri. Quod quidem exemplum, ut clare docet, illos in
 corde dixisse, Deum non esse: ita plane constat, qui simi-
 les

CAP.XIII. OSVALDI MYCONII

les sunt illorum hodie, similiter quoq; dicere, non esse
Deū, etiam si titulū ministrorum Dei & Christi gestant.

Et cum esset Bethaniæ in do. &c.

Iudicio piè doctorum, hæc mulier fuit soror Lazaris,
& Marthæ. Quæ quidem amore in Dominum excita,
uenit ad ungēdum cum, haud dubiè honorem sic exhibi-
tura. Solemus nos hospites honorare dū manibus aquam
odoram affundimus. Maria idem fecit unguento, & cō
quidem præcioso, ac multo. Libram enim fuisse dicit Io.
e.12. Ex nardo fuit item, & fideliter confeclum. De quo
Pli:li.13.ca.1. In caput Domini comminuto alabastro, id
est, pixide uitrea delicate, illud effudit, ex quo amor
dictus abudè cōprobatur. Quos enim uehementer am-
amus, liberalitate uelut obruimus. (Sunt tamen qui ex lo-
co, tempore, & rei qualitate uolunt non imprudenter,
meo quidem uidere, mulicrem fuisse aliam, uel si eadem
illa, bis tamen unxiisse Dominum, nam de duplicitate
unctione dubium esse non posse. Sed tum & illud sequetur: Il-
dam in Ioanne solum molestum fuisse Mariæ. In secunda
unctione reliquos discipulos quoq; non nihil intulisse mo-
lestiae, nisi figuratum seruonē eße permiserimus.) Erant
autem quidam, qui indignarentur, &c. Syncedochē ma-
nifesta, nam solus Iudas erat, ut patet ex Ioanne, qui ra-
tionem quoq; subdit: Quia fur erat. Indignabatur itaq;
non quia pauperes eſſent sibi curæ, sed quia cor habebat
auaricia

Maricia plenum, non nihil lucelli sperans, si diuenditum
 fuisset unguentum. Ad quid igitur, inquit, perditio hæc
 nam poterat uendi pluris quam trecentis denarijs, id est,
 pluris quam triginta coronatis numis, &c. Adulabatur
 Christo, ut qui nō curaret eiusmodi honorem, quiq; pau-
 perum haberet rationem tantam, ut & ipse mallet pecu-
 niā contractam in illos distributam. Videmus ut hypo-
 eresis Satanam transfigurantem se in angelum lucis pla-
 ne referat. Animus tamen prauus sic loquitur ē Iuda, tanquam
 purus esset ab omni malitia, qui tamē sic erat infectus au-
 ricie malo, ut Dominum, quem confessus fuerat filium
 Dei, pro minuta pecunia proderet. Cæterum quid Iesus
 ad ista? Sinite, inquit, illam, &c. Arguit discipulos, quod
 Marie forent molesti, bonum opus operatam testificans,
 quod fecerat enim ex charitate prodierat, ex qua nihil
 esse potest mali, quamvis species interdum præse ferat
 aliud, ex fide nascitur enim charitas. Verum est igitur il-
 lud Pauli semper, & solidū. 1. Cor. 13. Charitas nunquam
 excidit, ut enim non cessat, ita nec errat, agens omnia re-
 ste, & quicquid est reliquorum operum formans. Vnde
 si cui non constat de bonis operibus, quæ nam ea sint, con-
 sideret testimonium hic Domini, contentus abibit enim:
 Semper enim pauperes habetis uobiscum, &c. Si tantæ
 curæ sunt uobis pauperes (ut esse profectio debent,) nun-
 quam eis carbitis, cum ergo uolueritis aderūt, in quibus
 charitatem licebit exercere. Me autem non semper habe-
 tis, in

IN MARCI EVANG. EXPO.

sis, in quem uidelicet cōferre possitis beneficia huiusmodi. Postquam enim corpus hoc immortalitate donatum fuerit, patris honorem & mihi præstabitis, qui quidem erit in iusticia & ueritate. Quamvis interim ab operibus charitatis nolim cessari, nam propterea pauperes dimitto, quicquid enim in hos contuleritis meo nomine, in me collatū interpretabor Matih. 25. adcō nolim curā de pauperibus uobis exemptam. Quod dicit Christus, uel ideo consyderemus diligentius, ut indigentium maior sit diuitioribus ratio. Volumus uenerari Christū nūc in dextera Patris exaltatū re corporali, pauperes habcamus quam cōmendatissimos. Sin uerē, & in corde: credamus firmiter, ipsum in gloria Patris existentem esse nobis omnia. Quod potuit, hec fecit, &c. Vngūtūr defuncti homines, ut seruentur corpora, Mariæ quia id non licuit, ut notum est, ante mortem exhibuit officium ungendi, nō sciens, sed impellente Spiritu, quō uidelicet unctio pertenderet. Nihilominus quia charitatis ardor fuerat tam excellens in muliere, quam gratum fuerit Domino beneficiū eius, clare demonstrant uerba quae sequuntur. Amen dico uobis, &c. nam memoria facti tam nobilis, quo sepultura Christi significata est, celebrabitur, ubiūq; prædicatum fuerit per totum orbem Euangeliū Iesu Christi.

Et Iudas Iscariotes unus ē duod.

Non absurdum fuerit, si quis dixcrit, damnū pecunie,
que

que contrahi potuisse ex unguento diuendito, Iudæ pœ-
clus auarū magis instigasse ad iacturam sarcieđam nefā-
ria proditione Domini sui. Prius animi prauitas inerat.
Satanas enim in cor eius iā immiserat, ut prodiceret illum
lo. 13. Accedit nunc dolor ex auaricia natus de amissa spe
lucri, qui iubet, ut alia uia conquirat, quod perdidit, hæc
est aut̄ proditio Domini, quem filium Dei confessus erat,
a quo tā multis fuerat affectus beneficijs, dederat enim
doctrinæ scientiam, dona miraculorū, potestatem contra
diabolum. Norat præterea Iudas nec falli, nec prodi pos-
se scientem omnia, nihilominus prodere tentauit, accepta
pecunia minutula. Et unde nam uis tam uiolēta, quæ mi-
seros præcipitat in flagitia tam abominanda? Quamvis
enim Iudas exemplum sit auaricie, quo non inuenitur
aliud nobilius in toto mundo, certum est tamen adfectum
illum dominari, imò tyrannidem & in reliquis homini-
bus, occupatis mētibus agere. Nouit id Poëta sine dubio,
dum exclamat. Quid nō mortalia pectora cogis, auri sa-
cra fames? E quidē non aliud esse causæ uideo, quām quod
persuasus est homo, felicitatis summam esse positam in di-
uitijs, nihil enim non uidentur suppeditare: quodq; uolu-
ptas, quæ nascitur inde uelut perpetua iudicatur. Scien-
dum est itaq; breuiter. Ex quo captus quis fuerit adfectu
habendi, non esse facinus tam horrendum, quod ille non
suscipiat impulsus, si spes fuerit lucri et peccatum occul-
tandi persuasio. Quamvis huc rarius mentis oculi cœcu-

R. tientes inten-

CAP.XIII. OSVALDI MYCONII

tientes intēdant, adeo præcipitanter trahit, quocūq; libi-
tum fucrit iſthæc cupiditas. Post quam igitur Iudas allo-
quutus sacerdotum primores traditorem se Domini sui
obtulisset, gauſiſunt, & pecuniā promittūt. Nacti erant,
quem quærebāt dolum, (ſicut paulò ſuperius dictum) ſic
malo ſatagente diabolo, qui quod nouit arridere præter
cetera, pro uiribus offert, quō labefaciat citius. Male
consultantibus Iudeis ad dolum Christo faciēdum offert
Iudam. Iude maledic cogitanti contra Dominum offert pe-
cuniām ſacerdotum, ob quam hic deinceps quærerit occa-
ſionem, quod ſtatuerat perficiendi.

Ac primo die azymorum, &c.

Die primo ex ſeptem in quo Iudei cœperant abſtine-
re à fermentato, cū uidelicet immolarēt paſcha, id eſt, cum
occiderent, affarent, comederēt agnū, qui refriſcaret me-
moriā trāſiſtionis angeli perdetis primogenita Aegypti
ab homine uſq; ad pecus, parcentisq; Iudeis, in quorū po-
ſtibus uiderat ſanguinem adſperſum agni. Tum & exi-
tus de Aegypto, quo Deus liberarat illos ē tyrranide Pha-
raonis. Exo. 12. Dicunt, inquam, Christo diſcipuli: Vbi
uis, ut abeamus, &c. Sic rogan, quod antea dixerat,
poſt biduum futurum eſſe paſcha. Nam non eo die come-
dit cum diſcipulis agnum paſchalem, quo reliqui Iudei:
Comedit tamē iuxta legis iſtitutionem die quartadeci-
ma primi mensis, cum illi comedent die ſequenti, tradi-
tione

tione propria. Non habebat Dominus locum, ubi dicim⁹
 Patre destinatum celebraret, quin nūc primum uelut de-
 ligēdus eſſet. Emittit ergo duos, Petrum, et Ioannē, Luc.
 22. ad hominem ignotum eis, nimirū ut magis noſſent, o-
 mnia fieri secundum uoluntatem ipſius. Indicio monstrat
 ēdes, quas elegerat, quod quidem ſequuti repererant o-
 mnia, ſicut indicarat Dominus, & parauerunt paſcha.
 Conducebat ita p̄parari diſcipulos ad tempora fu-
 tra, in quae dimittendi erant nudi, & omni ſpe humana ua-
 cui, ne cura uexarentur de cibo ac potu, dum ueniret in
 mentem, quam eſſent abundē ſibi parata omnia, tantum
 fideliter ac prouidē in opere Domini commendato labo-
 rarent. Et cum uespera iam eſſet, &c. Cœna hæc ultima
 qua Christus in mortali corpore diſcubuit cum diſcipu-
 lis, agnum edēs unā paſchalem, quamobrem & egit, &
 docuit multa, ut patet ex Ioanne, ualde ſalutifera. Inſtit-
 uit item ſacram illam cœnam, in qua commemoratio
 deberet paſſionis & mortis eius fieri deinceps in Ec-
 clesia futura per eſum corporis, & potum ſanguinis
 ſui, qua de re paulò poſt. Itaque dum accumbarent, ede-
 rent que dixit Ieſus. Amen dico uobis, unus ex uobis,
 &c. Vox uel morte horribilior, quamobrem non ſine cau-
 ſatristes ſunt omnes facti, quamuis unius tantum conſci-
 entia feriretur. Dicunt ergo ſingulatim. Num ego? &
 ali⁹, num ego? Ieſus respondens dixit illis. Vnus ē duo-
 decim, &c. Confirmat priorem sermonem, q. d. Non

R 2 quidem

quidem ex familia Caiphe, seu Annae, seu Pilati quispiam,
sed unus ex duodecim, quos elegerā, ut me iam in cœlum
recepto, ministros agerent Dei inter homines. Et ut am-
plius hoc declareret, subiungit, Qui intingit manū mecum
in catinum, qui inquā adeò familiaris est mihi, ut in men-
sa mecum discubēs ex eodem simul edat catino. Noluit
Dominus proditorem aliter demonstrare discipulis, ut
olim repetentes, quod nunc egisset, haberet lenitatis ex-
emplum perfectissimum. Nam quod legimus apud Io:ca-
13. Christum dixisse ad Ioannē. Ille est, cui ego intinctum
panem porrexero, nō cuincit, Iudam esse proditum, mox
enim postea legitur, ubi Dominus dixerat ad Iudā, quod
facis, fac citius: Hoc autem nemo intelligebat discuben-
tium, ad quid dixisset ei. Adeò non erat suspicio de Iuda,
ut quiduis hic fingerent cogitādo, quām esse proditorem
eum. Vnde fortassis in aurem sic Dominus insurrarat
Ioanni. Efficacia proditionis sequitur. Filius quidem ho-
minis uadit sicut scriptum est de illo, sed uæ homini, &c.
Scriptum est de Christo, ducendum ad supplicium mortis
esse, sic igitur fieri oportet, non enim potest uiolari scri-
ptura, uerum id nihil faciet ad defensionem proditoris, ut
qui malicia, & persuasione mali dæmonis, cui morē ges-
sit, huc uenit, quidni potius obediuit Domino, cuius bene-
ficienia tā diu fuerat usus? Quur nō motus est, postquam
intellexit se non latere Dominum? Quur comminatio
Domini non deterruit? Venerat in profundum peccato-
rum, quamob-

rum. quā obrem contempsit, unde sequuta sunt cum ignominia, & obprobrium. Exemplum clarissimum, quō nos precipitent adfectus, si non statim occurratur. Nam & ira Dei paratur accessus, dum sine omni timore, cumq; uoluptate summa uolutamur in illis, etiam post oblatum saepe bonum poenitētie, et oculis obiectum longanimitatis Dei beneficium.

Et edentibus illis, &c.

Veteris testamēti homines habuerunt sacramentum, agnum uidelicet typicū, quem singulis quidem annis comedentes refixerunt memoriam, quod Dominus transiisse super domos Israēlis in Aegypto percutiēs Aegyptios, & domos ipsorum liberās. Ut autem quod factum est totum fuit mysticum, ita & agnus: nam liberatio Israēlis de manu Pharaonis significabat liberationem electorum Dei de tyrannide mali. Agnus uero Christum figurabat agnum Dei, tollētem peccatum mundi, atq; adeo seruantem fideles. Quia uero Christus figuræ ueritas nunc adest, præsenti cœna finem imponens his, quæ hactenus in figura cōtigerant, etiam huius quod significatum fuerat, & in præsens reuera perficiebatur memoriale signum instituit, quo deinceps omnes, qui nomen daturi essent, & iam dediſſent sibi, uerentur usq; dum redditurus est ad iudicandum orbem. Huius institutionis formulā ita Mar: describit. Edētibus illis, sumpto Iesu pane, &c. Fuit hic

R 3 panis

CAP. XIII. OSVALDI MYCONII

pxis fermentatus, nā sic comedebatur agnus ille p^aschalis. Cum gratias egisset, εὐλογήστε, cum benedixisset, Lucas dicit εὐχαριστήστε. Mos fuit Christi, panem non trahere nisi cum gratiarum actione. Fecit, scilicet, præcipuo quodammodo, quod uel hinc patet. Et cognoverūt cum in fratre panis. Luc. 24. Et dedit illis. Ut modis discerent in posterum & alijs distribueri. Et ait: Sumite, comedite, Hoc est corpus meum. q.d. Hactenus comedistis uos, ac Iudei agnum in memoriam liberationis Aegyptiacæ, me præfigurantem ut liberatorem generis humani: deinceps comedetis panem. immo & corpus meū in mei cōmemorationem, quod uidelicet uos & omnes, qui credunt, ac credituri sunt in me liberari per mortē crucis ab omnibus peccatis, & ita fecerim accommodos ad possidendam hæreditatem Patris, id est, uitam eternam. Et poculo accepto, cum gratias egisset, dedit illis. Et biberunt ex eo omnes. Ita iussi erant, ut patet ex Matth. 26, nimirum, quod norit Dominus esse futuros quiras tantum illud ipsum essent permisuri, ceteris omnibus exclusis. Et dixit illis: Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effunditur. q.d. agni loco bibetis & uiuū, atq; adeo sanguinem meum, qui est noui testamenti, hoc est, foederis olim à Patre cū Iudeis icti, nunc autem, hisce pro commerito reiectis, de novo cum Gentibus etiam incundi, quod quidem est remissio peccatorum, sicut sequitur: Qui pro multis effunditur.

PCC

Per sanguinem enim Christi mundantur à peccatis omnes, qui credunt in eum: qui uero non credunt, non uidebunt uitam, sed ira Dei manet super eos. Ioannes. 3. De fœdere reliquit Hiere: ca. 31. & repetitur in epistola ad Hebreos: ca. 8. Testamentum autem hic poni pro fœdere, non arbitror latere quenquam. Hæc cum sint plana, & pro uerbis Domini simpliciter exposita deberent fide simplicibus, qui solo nituntur uerbo Domini satisfacere. Postquam enim Christus dicit, carnem suam esse uerè cibum, & sanguinem suum esse uerè potum, Io. 6. & hoc loco idem clare repetat, nec sit inter pios, qui non libenter audiat, & dicat, Christus carne sua sacrosancta nos cibat, & sanguine suo sacrosancto nos potat, quid est, quod simplicitatem uerborum Domini non ita potius accipimus, ut profidei dicamus natura. Christus dixit, ergo est qualiter cunque sit, nam hoc ipsum permittendum arbitror omnipotentiae illius. Sed libet esse potius nasutis nobis, & rimari, donec conscientias magis implicemus quam explicemus humanis glossulis adiectis, quæ non nisi turbant conscientias hominum: nam quid hic designarit Papismus, quis ignorat? Quid item anabaptistæ, quis non uidet? Ille ex elementis Christum fecit ipsum. Hi sine Christo nudis elementis coenam habent ac celebrant. Veritatis tramite, qui medius hic est secundum Christi simplicissimam sententiam eundum erat, atque hic is esse mihi

uidetur sine dubio, quem initio mox ostendi. Dum igitur de negocio cœnæ sermo habēdus est, equidem in hunc modum soleo pro fide mea differere. Christus Iesus Dominus noster dum ederet pascha cum discipulis suis, panem sumpſit, egit gratias pro more, fregit ut etiam alibi modo consueto, dedit discipulis his quidem uerbis. Sumite, quod scilicet ego sumpſi in manus, quamobrem gratias egit, quodq; fregi. Comedite illud ipsum, Hoc est, corpus meū: Panis inquam ratione sacramentali: quod pane significa tur, uerē. Verum, aīs, unde uis huiusce expositionis? Diccam. Panem non esse uerē corpus Christi patet sensibus, non est enim hic ulla, quod adinat ad elementum, facta mutatio. Et Paulus, dum scribit de sacra cœna illa, tertio repetit panem, & poculum, etiam post uerba cœnæ, que iuncta elemento constituunt sacramentum, dicta. Imo & fides haud aliter dicit, dum monet ex creatura non posse fieri Christum Deum et hominem. Esse autem corpus Christi sacramentaliter, (liceat hac uti uoce, quemadmodum & alijs, dum nodo ad explicationē rei non sit alia, seu melior,) hinc certum, quia Christus, Hoc, dices, & panem demonstrat. Et quid illud, inquis, sacramentaliter panis est corpus Christi? Nihil aliud quām, pane mystico præsentē, præsens est & corpus Christi: & eō pane porrecto, porrigitur & corpus Christi. Quod uero pane significatur id esse uerē corpus Christi, constat ex ipsis uerbis Christi: Panem enim id non esse nisi propria ratione iam

Iam ostensum putamus: & tamen Christus discrete dicit: Hoc est corpus meum. Necesse est igitur id esse, quod pa- ne significatur, praesens dico, non absens, quia dicit: Sumite, comedite, &c. Datur itaque corpus Christi in coena cum pane, id est, dum panis datur, hic quidem a ministro, illud a Christo uerè, a ministro ministerialiter, corpus di- co, quod pro nobis traditum est in mortem, testante Do- mino. Nec est ut quispiam fingat aliam unionem panis, et corporis Christi, quam, quo dicta est, sacramentalem, nam hoc ipsum nec est in pane, nec sub pane, nec adligatum pa- ni, sed dum hic datur, & corpus Christi datur, postquam tam clare Dominus dixit: Hoc est corpus meū, quod pro uobis traditur. Ceterum quomodo possit fieri, ut corpus edatur Christi, non uidetur difficilis apud fidem quæ- stio. Nam quod adtinet ad Christum, dat ipse se non qui- dem prout noster intellectus ratiocinatur pro suo captu, sed ut ille potis est secundum diuinitatis modum ac uirtu- tem. Cœlestis est igitur ratio, secundū quam se nobis of- fert, non terrena, quamobrem ut a nobis eanon potest comprehendi, sic uidetur esse nō anxiē nimis inquirendā, nam postquam constat, quod edimus ac bibimus Do- minum uocare corpus suum, & sanguinem suum, quic- quid tandem id sit, siue carnis efficacia, siue uirtus sub- stancialis, qualiter per similitudinē solis quidam docent, siue quidpiam aliud, nos arbitror decere, simpliciter uer- bis Domini credere firmiterq; hæcre, ne deficiamus a

R 5 fide,

fide, que primas tamen in hoc tenet negotio utq; confir-
mentur conscientie nostræ, & ne dubitare videamur de
potestate Christi. Quod autem ad nos adinet, carnem edi-
mus Dominicam ore fidelis animæ seu mentis. Et cui po-
test esse dubium, qualis nam sit hic eesus, terrenus ne , an
cœlestis? Non enim pascitur inde uenter, sed anima : nec
simpliciter anima , sed anima fidelis , dum uidelicet cum
corpore & sanguine Christi cōmunicat. Igitur dat suum
corpus Christus in cœna fidelibus, ut nouit & potest da-
re: fidelis anima sumit, quatenus is sumi potest ab ea. Se-
quitur: Et accepto poculo. Paulus addit, peracta cœna, ut
etiam Lucas, quo possumus intelligere, poculum nō con-
tinuò datum post panem, sed nonnihil spacijs intercurris-
se. Cum gratias egisset, &c. Quæ de calice dicuntur, o-
mnia sunt intelligenda, quemadmodum quæ sunt dicta de
panc. Ut enim panis est corpus Christi, sicut uinum est san-
guis Christi. Et ut cum datur panis et corpus Christi da-
tur, sic cum datur uinum etiam sanguis Christi datur. In-
terim nō est alia uel commixtio , uel unio uini sanguinisq;
Domini, quam sacramentalis , neq; bibitur sanguis alter,
quam in ratione cœlesti , quia fidelis bibit anima seu mens.
Quid igitur ad illas, inquit aliquis, sententias dixeris. Re-
siquit mundum. Sedet in dextera Patris? Breuiter respon-
deo. Nihil penitus contra præsentiam Domini, seu eum
corporis aut potū sanguinis eius in sacra cœna pugnant,
fidei nang; cum sit, quicquid hic agitur, non deducitur
Christus

Christus cœlo, sed manet in cœlesti gloria regnâs, donec
rediturus est ad iudicandum uiuos & mortuos: nihilomi-
nis tamen se nobis in mundo peregrinantibus sic in coe-
na uerbis & symbolis, ut ipse instituit, administratis, in
cibum & potum præbet, ut diximus. Cœlum etenim, in
quo Christus habitat, eiusmodi est, ut inde imp'eat, ac per-
ficiat omnia. Quia uero sæpe iam dictū, fidei uirtutē ac-
cipere, quicquid Christus in coena nobis offerat ac præ-
beat, constat, quibus nam cibus hic sit paratus, nempe fi-
delibus, quales fuerūt discipuli Domini, qualesq; Corin-
thij, Iudas enim nudum hic panem accepit, ac merum ui-
num, præterea nihil. Verum inter discipulorum fidem, et
Corinthiorum ingens inuenitur discrimen, nam illorum
talis erat, ut eo, quod acceperant, ctiam fruerentur. Co-
rinthiorum autem (loquor de his, quos improbat Paulus. i. Cor. ii.) talis, ut quod offerebatur acciperent qui-
dem, sed indignè, atq; ideo sine fructu. Et qualis ista fides
inquis: Imò an fides sit? Evidem fidei esse ut negare non
possum, qui certitudo est præsentie Domini, quodq; cor-
pus eius edatur, & sanguis eius bibatur, ex institutione,
uerbisq; illius, ita, quia Paulus uituperat Corinthios,
quod non in melius conuenirent, sed in deterius coenam
acturi, quod dissidijs aestuarent, quod pauperum non de-
bitam haberent curam, quod Ecclesiam Dei contemnere
uiderentur, dicere cogor fidem fuisse tantum non mortu-
am, illud interim tamen habetem, ut acciperet quod præ-
bebatur,

bebatur, uerum non contineret, atq; ideo acceperit ad iur-
dicum, id est, ad correptionem. Ad discipulos igitur per-
tinent, qui recl^e fideles sunt. Ad Corinthios, qui uerbis
& institutioni Domini fidem habent integrę, sed chari-
tas non feruet in eis. Imò & hi, qui in cœnare cœlo fidei,
qua ualent tamen carent, exercitio, remissiores uidelicet,
quam illam deceat: uult enim Christus suam hanc cœnam
diligenter, ac reverenter haberi, quamobrem correptio-
nis uirga contra negligentes utitur, ne cum mundo iam
diligentiores facti dammentur. Iudei uero similes sunt,
qui nihil uel de Christo, uel de eius constitutionibus, sicut
iste, magni, proq; dignitate iudicant, sed contemnunt po-
tius, interim censi uolentes tamen in numero Christia-
norum, & ob id haud separant se, dum fert tempus, à
communibus illorum ritibus, ac ceremonijs, uel ut con-
suetudini satisfaciant, uel ne rideantur, uitentur, aut in
periculum ueniant. Iam uero primi perfeci sunt. Secundi
spem faciūt bonam in futurum ob iudicij calcar ad emen-
dationem impellens, nam huc nisi ueniant, lapsus ad im-
pietate facilimus est. Tertij desperati sunt, ni Deus singu-
lari gratia reuocet, ac reducat in uiam, ut qui filios Abra-
ham facere potest ex lapidibus. Est uero quod meo qui-
dem iudicio, quæ dico clarissimum reddit, similitudo ui-
delicet uerbi. Nam negari non potest, quin tria hominum
genera uerbum audiant. Primi quidem audiunt, & cu-
stodiunt, & ideo Dominus beatos tales pronunciat. Luc.

Uerbum enim corde per fidem receptum, eos immutauit ad nouam, atq; adeo sanctam uitam, quæ quidem est secundum Deum. Alij quod dicitur intelligunt, & credunt, corde tamen non recipiunt, rebus huius saeculi præpedientibus, quo circa nec agunt pro doctrina uerbi, An non tales aliquatenus possunt dici fideles? Verum quia fides ea debito caret fructu, non est uera, non est fides iustificans apud Patrem coelestem. Indignos itaq; uerbi auditores adpellare tales non credo quempiam horrere, interim tame, quia uerbi ueritas placet, relinquunt spem melioris in posterum uitæ, quamobrem nec inter infideles computatur, aut impios, etiam si quando corripiuntur a Deo, uel ab Ecclesia, nam correptio est ad poenitentiam, si receperint: Sin aliter, permittetur iudicio Dei. Postrem uerbum audiunt, sed nec intelligunt, nec credunt: immo tam non curant, ut non adeant ob intelligentiam seu fidem, sed ut satisfaciant uel hominibus, uel consuetudini. Tales non possunt non inter impios numerari, quod uerbum negligentes Deum certò contemnunt. Igitur quia sacramentum uerbum est uisibile, an non ut hic tres hominum ordines inueniuntur, etiam illic occurruunt? Evidem puto similitudinem quadrare per omnia nemine controversante: Ut enim Christus se offert per uerbum omnibus, ita et in sacramento coenæ se nemini, quod in ipso est, ex institutione propria substrahit. Ut fideles, quod administratur, accipiunt cum fructu per uerbum, ita & quod administratur

stratur per panem & uinum Domini. Ut indigni auditores accipiunt per uerbū quod offertur sine fructu, sic indigni coniuiae mensae Domini, quod datur, accipiunt sine fructu. Ut impij nil nisi strepitum percipiunt in concionibus uerborum, sic in cœna tales nil nisi panem & uinum sumunt, atq; hoc nō sine grandi grauiq; malo. Hactenus de cibo, ac potu fidelium & impiorum in cœna Dominica: de fine restat dicendum, ad quid nam Christus in sacra cœna corpus & sanguinē suum ad hunc modū uelit sumi. Rationes sunt in prōptu, quia Christus ipse docuit, et Paulus ex spiritu Christi. Prima est ut memoriam habeat Ecclesia beneficiorū, que misericordia nobis sunt per mortē Domini tū impetrata, tū contradicta, usq; dū redditurū est hic ad iudicium. Secunda, ut gratias eadē agat Patri Deo, et filio eius Iesu Christo Domino nostro propter immensam charitatem erga genus humanū, ex qua Pater nō percipit pro nobis filio: filius pro ijsdē nobis fuit obediens Patri usq; ad mortem, & morte quidem crucis, ut transferret ita nos à potestate tenebrarum Pater in regnum filij sibi dilecti. Tertia ut Christus ita maneret in nobis, & nos in ipso, non solum Spiritus participatione, sed etiā communicatione carnis: uerum eo modo, quo superius dictum est. Sunt enim fideles membra corporis eiusdem ex carne eius, & ex ossibus eius. Eph. 5. Quarta fraternæ charitatis ut admoneremur, dum de uno pane comedere mus omnes, & de uno biberemus poculo. Quinta ut fides no-

des nostra robur inde, sicut à uerbo, accipiens, fortes red-
deret in pugna contra mundum, & omnes aduersarios
nostros. An non igitur licebit dicere, in hac sacratissima
coena nihil ferè totius Christianismi decesserit? Adeo enim
fides Dei, & Christi eius. Contemplatio beneficiorum
Dei, & passionis Christi: unde & bonae uoluntatis utri-
usque erga nos. Pœnitentia de peccatis commissis. Gra-
tiarumactio. Dilectionis fraternæ uehemens stimulus.
Corroboratio fidei, &c. Quādiligenter igitur, quan-
ta que deuotione pij homines interesse debeant huic con-
uiuo, quis, quæ diximus expendens, non uidet? Quis
item non uidet, si per negligentiam aliquis adfuerit, scilicet
absque fide, quantā nam merito sibi adsciscat mala? Hæc
de sacramento coenæ Domini pro confessione nostra com-
muni paulò pluribus exponere libuit, ut rationem red-
derem fidei circa illam & meæ, & Ecclesiæ mihi com-
missæ, ut ea cognita uiri pijs ac sancti, siquid esset uel negli-
gentius expensum, uel dictum non pro mente Christi, frater-
nè admoneant in ueritate Dei, quam unicè uolumus,
& inquirimus: inuenient namque si uerbo ueritatis du-
xerint, nec reclamantē, nec resiliuent: sed sanis sermoni-
bus Domini nostri Iesu Christi, et ei doctrinæ, quæ secun-
dum pietatē est, accedentē per gratiā cius, cuius est quod
querimus, sicut nunc etiā, nostro quidem uidere, accessi-
mus. Nam quæ dico, non ideo dico, tanquam dubium sit
de his quæ adserui, sed ne quis ea uidens, et primo intuitu
uclat

CAP.XIII. OSVALDI MYCONII

exclusus horrens (ut sunt ingenia præsertim hodie circa negotium Eucharistiae.) Ne inquam talis uereatur pertinacia, atque ideo diligenter uideat, quid adfirmarim: Dubitare non possum, quin si hoc fecerit, nihil sit desideraturus.

Amen dico uobis: posthac
non bibam.

Coena hæc ultima fuit Christo cum discipulis, ut quam crucis non multo post supplicium sequebatur, quare dicit: Posthac non bibam de fructu uitis. Non enim bilit deinceps uinum in corpore mortali. Bibit autem postea in regno Dei, id est, in resurrectione, sed nouo quodam modo. Non enim, inquit Vulgarius, quasi indigeret cibo, corporalem sumpsit cibū, sed ut crederetur uera corporis natura. Similuer dici potest etiam de potu, nam et hunc pariter Christum sumpsisse post resurrectionem cum discipulis, et discipulos cū ipso, Petrus testis est. Act. 10. Resurrectionem autem rectè uocari regnum, uel hinc patet, quod Matth. dicit ultimo: Data est mihi omnis potestas in cœlo, et in terra, et c. Tunc enim magis inclaruit, tunc uicit mortem, tunc diabolum pessundedit, tunc regnare coepit in cordibus hominum.

Et hymno dicto exierunt, &c.

Hymnos post esum agni paschalis decantatos à Iudeis esse quoddam testantur uiri rerum iudaicarum non ignari, psalmos uidelicet. Laudate pueri Dominum, et qui sequuntur

quuntur, usq; ad ps. Beati immaculati, &c. Quod si uerum, quis dubitabit Christum, qui nihil omisit uel legis, uel bonarum cōsuetudinum, eosdem cum discipulis nunc repetisse? Christus igitur cōenam à laude Patris incepit, & finiuit. Ex quo descendum nobis, ni similiter egerimus à recto non parum nos aberrare. Constat, si mos ille cōuniter reciperetur, abusum cibi & potus inter Christianos esse non posse. Contrà uero quia non recipitur, porcos uiuimus magis, quam homines. Exist in montem oī: &c. Sic solitus erat, ut Luc. testatur. 21. Quāuis nunc non ob consuetudinem iret illuc, sed quia quam expectauerait horam aderat. It obuiam igitur supplicio sēuissimo crucis, ut neminem possit latere, oblatum esse quia uoluerit. Quare uoluit inquis? Quia nos dilexit, noluit genus humanum condemnatumiri. Quidni compensamus igitur dilectionem tantam dilctione mutua, cum ille nihil aliud à nobis repeatat, cumq; natura sic agamus (ni tygrides simus) erga omnes, qui nos amant? Adeò sumus amore detenti proprio stulti homines, adeoq; malus ille detentos magis implicat ac detinet. O miseria. Abijciamus Philæuticey, & omnia sana erunt. Dum irent simul autem, dicit Iesus discipulis. Omnes offendiculum patiemini, &c. Prædicit Christus discipulis scādalum, quod passuri essent propter se nocte præsenti, ut iterum noſſent diuinitatis ipsius uirtutem, quia nihil non patet oculis eis. Deinde ut infirmitatis suæ certissimum haberent

S exemplum

exemplum, discerentq; cuius uiribus niti deberent in tribulationibus ac persequutionibus. Tandem ut aliorū quoq; cognoscentes imbecillitatē ex sua, diligētiōres olim essent incis nō quidē abiiciēdis, sed lucrificiēdis Domino. Prædictum erat sic futurū à Zachar. propheta ca. 13. his uerbis: Percutiā pastore, et dispergetur oves. Christus enim pastor ille bonus, percussus à Deo persequitione crudelissima: Discipuli oves disperse fuga Christo percusso. Ex quo uidemus iterū scripturæ certitudinē, immo et diuinam bonitatem, quæ quod statuerat facere per Christū promundi salutē, tā clare prædictum, ut uerba et facta collata nō queat nō certū reddere de dilectione Dei, nisi planè, ac sponte sua impium. Dispensationis item diuinæ fuisse omnia, quæ facta sunt in Christo, quis non uidet? Sed et illud, grauius peccare nos, qui negligentius ea consideramus, habemusq;. Verum ne desperationis malo deficerent discipuli tam misero sermone percepto, iungit solatum, post resurrectionem se præcessurum eos in Galilæam. Nam poterat hinc intelligere, quod nollet ipsos abire, sed eorū infirmitati potius acquiescere, tantum noscent, quam sine uirtute diuina nihil ualerent, per hanc astem uaderent omnia.

Petrus autem dixit illi, &c.

Amoris Petrus uchmentia, que ex affectu tamē erat carnis, sermonē Domini nō fert, indignū se putans, in tribulationibus

bulationibus deferere, quē tantopere diligeret. Vnde peccauit non simpliciter: Fīsus ēst enim seipso: Non habuit fā dē Domino, & scripturā: & cāteris se fratribus anteposuit. Hēc ēst igitur fortitudo carnis, imo et prudētia, dum caret Deo. Nā in aduersitatibus ēſe apud se, ac posse cōſtēre, non ēſt certē virium humānarū. Ait ergo: Etiam si omnes offendiculum pāſi fuerint, at non ego. Noui cōſtātiā meā, noui amorem, quo te prosequor, quamobrem nunquam fieri, ut aliquo perturber casū tanto, qui me ſeparet ab te, quicquid tu dicas. Sed Iesuſ quid? Amē dico tibi, quod hodie, &c. Quām procul ſit à uero iactātia Pe- tri, Dominus docet, dū planē diuersum indicat futurū eis, quē tam arroganter ſibi tribuebat ille: nempe terna negatio priusquam bis cantaturus ſit gallus. Adeo nihil est, quod nos ſuſtincere poſſit fluctibus tribulationum per os influentibus, ſicut modo dictum, ſi Deus manum abſtinuerit, quamuis Petro longē uifum ſit aliter, nam etiam huic Christi sermoni, qui iuramento confirmatus erat, audet contradicere, inquit enim, & maiore quidem uehementia: Imo ſi oportuerit me commoritibi, non te negabo. Verum quō plus loquitur aduersus Dominum, eo plus peccat, & peccat iſ, qui bona intentione ſic loquitur: Quid ſi fuſſet malitia? Exemplum Petri uidetur uel ideo conſiderandum diligentissime, ut intelligamus, quando nam peccet homo peccatum ad mortem, & quando peccatum non ad mortem.

CAP.XIII. OSVALDI MYCONII

Petrus enim an' nō grauiter deliquit sibi fidens, & Christo non credens? At quia amor tam uchmens erga Christum in illud peccatum coniecerat, infirmitate sic responsat, non malicia. Ideo peccatum quamvis in speciem grave, non ad mortem tamen erat. Contra igitur qui peccat ex malignitate suis confidens uiribus, Christo diffidens, & uerbis eius maliciose contradicens, peccat peccatum ad mortem. Et quid putamus hoc flagitium differre à flagitio in Spiritum sanctum? Facit autem temeritas Petri, ut & alij discipuli pariter labantur, omnes enim, sicut Petrus, dicebant, se commorituros cum Christo, sed ueritas scripturæ, & uerbi Domini prævaluit.

Et ueniunt in locum,
cuius, &c.

Sic inter se colloquentes, ueniunt tandem in locum cuius nomen Gethsemani, id est, uallis pinguedinum, teste Hiero. iacet ad montis Oliueti radices. Hic quidē octo relictis, tres duci in montem secum, Petrum, uidelicet, & Iacobum, & Ioānem. Ad priores ita loquitur: Sedete hic, donec digressus orauerero. Non accipit eos secum, fortassis quod imbecilliores, non fuisse acconmodi spectatores eius agonis, quem in monte de certaturus erat. Non est certe cuiusvis oculti imbecillitatē intueri humanitatis Christi, sicut nec uidere maiestati eius gloriosam. Quā obrem quos aptos fecerat ad hanc conficiendam in monte, hos

te, hos nunc secum adsumit, ut & humanitatis infirmitatem contueantur, ut ex aequo nosse & maiestatem, & imbecillitatem. Conducit omnibus Christianis ad felicitatem nosse utrang: nam altera facit, ut misericordia fraternitate eius possimus gloriari. Altera ut de uirtute, et efficacia eorum, quae gesit per carnem dubitare nequeamus. Postquam uero iam uenerat in montem unum cum tribus prediculis, coepit expauescere, & angi, nimirum quod omnia, quae futura erat uelut ante oculos cernebat, puta proditionem Iudei, captiuitatem Iudeorum, discipulorum fugam, Petri negationem, seuiciem in illudendo, cedendo, conspuendo coram summis sacerdotibus, insaniam militum in flagellando, coronando, ridendo coram Pilato, condemnationem iniquam, & crucis supplicium. Hæc uidit ut Deus, horruit ut homo. Postquam enim de humanitate uerè assumpta non est dubium pijs, non dubium esse potest etiam de adfictibus assumptis, qui illum passionibus naturalibus fecerunt obnoxium, excepto peccato. Et haud dubie quanto corpus Christi fuit excellenter, ac subtilius & anima eius nobilior, tanto uehementius malorum horror, passionisq; dolor perturbauit. Rem sic esse probant quæ sunt Luc. 22. Ιησοῦς δε τότε προσήνυχε, Et cum esset in angore prolixius orabat, hoc est, constitutus in tanto propter imminentis discrimen horrore, ut is esset uelut agentium animam, &c. Et quis hominum le-

legitur unquam ita fuisse perturbatus? Sequitur ἐγένετο δὲ ὁ ἴδιος αὐτὸς ὁ τοῦ Θρόνου ἀμυντος ναραβαίοντες ἐπὶ τῷ γῦν. Et erat sudor eius sicut guttae sanguinis defluentes in terram. Taliter sudasse hominem non est auditum à saeculo. Veritatem igitur carnis ad hunc modū probauit Christus, & expauescentiam propter mortis imminentis acerbitatē, ut his recte consideratis uideremus, que turpitudo foret peccati, qua propter tanti dolores essent perfervendi Christo. Ceterū et uerbis docet animi cruciatū, tristis, inquiēs, est anima mea usq; ad mortē. Amicis enim noluit esse clā doloris uehementiā, quo & anima laboraret. Nec est ut quispiam dicat, charitatis uim erga Ecclesiam sponsam cruciatus, tristiciam, & mortis acerbitatem uelut extinxisse, quo circa quæ dicant Euangelistæ aliò referenda, nequid tribuatur Christo, quod tam immensam charitatem non deceat: Nam mihi quidem uidetur pro simplicitate mæ fidei, ab homine Christo non esse posse aliena, quæ de carnis eius hic infirmitate scribuntur, cum fuerit homo perfectus. Ignis urit corpus etiamsi plenum sit Spiritus sancto. Quid feruentius in charitate Dei, & hominum D. Paulo: An putabit quispiam ictus lapidum non sensisse, quibus ad mortem usque propemodum erat petitus? Charitas effecit quidem, ut ictus contemneret, at non reddidit insensibile. De ueritate carnis Christi dubita-

ri pos-

*ri posset, si non omnia, quæ hic dicuntur accidissent ei ue-
risimè. Quamobrem ut alibi, ita etiam hoc loco simpli-
citer ambulare tutissimum.*

Manete hic, & ui-
gilate,

Tentatio fidei grauis instabat, quo circa Christus do-
cet suos, quid faciendum ne succumbant. Manete hic ait,
& uigilate. Contra hostem uisibilem mirum, quam pro-
fit uigilantia, nam sic non permittitur locus, aut tempus
irrumpendi ac nocendi, quin excipiatur. Multo magis
igitur eadem erit utilis contra hostes inuisibiles: Quò
minus enim uidentur, eò diligentius uigilare necesse
est, ne opprimant imparatos, laqueos enim iniiciunt
admodum noxios. Ex quo clarissimè patet, quid nobis
faciendum malo tribulationum instantे. Infestae sunt
hæ fidei diabolo taliter informante, quamobrem diligen-
tenter est obseruandum, quod Christus iubet discipu-
los. Ipse uero progressus paululum, ferè ad iactum la-
pidis ait Lucas: postratus est in terram, & orauit,
ut si possibile esset, &c. Orauit, quod erat impossibili-
le, nam aliter Pater constituerat, qualis est igitur hæ
oratio? Destitutus omni praefidio humano confugit ad
Patrem, oratione docens, quam caro mortem horre-
ret, ut paulo ante dictum, at mox eandem uoluntati Pat-
ris deuouet ita, ut peteret, non quod ipse uellet

fieri, sed quod Pater. Aperit ergo, quid naturae humanae desiderium postuleat, uerum continuò idem ipsum Patris uoluntati subiicit, ut disceremus in omnibus tribulationibus ad Patrem confugientes nos, nostraq; omnia uoluntati Dei uedicare. Videmus habitum corporis in orationibus esse secundum adfectus animi: Prout enim tales sunt uel laeti, uel tristes, uel anxii, sic & corpus formant. Hoc ipsum igitur qualiter cinq; se constituant, nisi sit ab affectu dispositum recto, pro nihilo reputabitur.

Et uenit, & offendit eos
dor, &c.

Post orationem inuisit discipulos, forsitan ut doceat quae conueniebant ijs, quibus instabat tribulatio. Dormiunt autem illi, sic agit caro quod suum est. Polliciti fuerāt egregiè mortem se passuros cū Christo, Christus monuit ut uigilarent, ex his que patiebatur ille corpore & animo, quæq; agebat orando, non potuit obscurum esse, non abesse longius tribulationis tempus, uerum nihil horum carnem poterat continere in officio: Adeo nihil est, quod immutare queat illius ingenium, si uirtus defuerit Spiritus. Prae ceteris uero cum Petro expositulat dicens: Non potuisti unam horam uigilare? Q.d. Quomodo morieris igitur mecum, id quod tu ipse iactasti? Nec emphasi caret, quod dicit, una horæ, præter hoc, quod facit ad imminutionem temerarie pollicitationis Petri. Vigilate, dicit ergo, et

go, & orate, ne ueniatis in temptationem. Vigiliae in tribulationibus uexantur temptationibus uarijs, quibus si non resistitur, ingerunt interdum quæ ualde nocent. Quod si tu int erim craueris, & animum habueris occupatum in Domino, temptationes depereunt, & facilior fit tribulatio, imò per solatium Spiritus per preces impetrati prorsus neglecta. Non est leuiter igitur transcendum, quod dicit: ne ueniatis in temptationem, oratio nanque ueluti scutum obijcitur temptationibus, ne nos superent, modo talis sit, ut adscendat sicut incensum in confectum Dei, hoc est, sit serua, & fidelis. Ergo si uolumus in tribulationibus, ac temptationibus, quæ nūquam non infestant nos, uincere, habemus arma parata, quæ docuit os Domini, uigilias, et orationem, quibus si rectè fuerimus usi, non erit à quo uinca mur, etiam si petamur crudelius: Spiritus etenim promptitudo iuuanda est omnino subsidio Dei per orationem comparato, unde sequitur: Spiritus quidem proptus est, at caro infirma. Luctam perpetuam esse Spiritus & carnis satis nouimus. Constat item illum tendere sursum iugiter, carnem uero sequi non posse, ac pro ingenio tendere deorsum. Nisi ergo precum auxilio susollatur, perire cogitur, adeo sunt necessarie preces ad eā subleuandam.

Et rursus digressus orabat.

Anxietas, quam patiebatur anima Christi, urget ut non semel, sed iterum atq; iterum orando Patrem adlo-

s s quatur

CAP. XIII. OSVALDI MYCONII

quatur super una, eadem que re, iisdem que uerbis, ex quo certum est, quā ineffabiliter sit adflictus intra se (ut iam satis dictum est,) etiam ante quam ad supplicium deuenerit. Sed tolerauit omnia, uicitque, tantum ut nos adflictionem æternam possemus evadere: Miseros nos, si hæc non rectis intuebimur oculis, non recto ponderabimus iudicio, quò gratia tantæ beneficentie perfidem, & charitatem par referamus. Ad discipulos reuersus iterum dormientes inuenit. erant enim octo corum gravati. Nox erat, angor & animi tristitia, que Dominus uerbis incusserat, unde caro facta imbecillior, nil nisi dormire poterat. Et dum eos increparet: lenius procul dubio, non sciebant, quid illi responderent. Abiit ergo tertio ad orandum, & tertio rediit, dixitque: Dormite post hanc, & requiescite, sufficit. Ad propinquante Iuda cum cohorte sua, dumque iam nil nisi uigilandum fuisset, iubet Christus discipulos, ut dormiant, & quiescant, non sine amica ironia: q. d. Noluntis uigilare hactenus uel me deprecante, uigilabitis deinceps, adiunt enim qui somnum uobis excutient. Dormite ergo si potestis, requiescite, si conceditur. At sufficit, nam satis dormitum, satis datum quieti: Venit hora, ecce traditur filius hominis, &c. Sæpe dictum est ab Euangelistis de hac hora, quod nondum adsit, dum sacerdotes & Pharisæi malum parant Domino frustra: Nunc dicit Christus uenisse, ex quo patet iterum, omnia quæ Christo mala sunt inflicta, & quo

¶ quo modo sunt inficia propter nos, ex dispensatione Patris esse. Vnde sperare meritò debemus, ea nobis conducere ad salutem, si nos aptos fecerimus ad oblata fideliter excipienda. Ecce filius hominis traditur in manus peccatorum. Mirum hoc, & stupendum. Innocens traditur in manus peccatorum, pius in potestatem impiorum: uerax in manus mendacium: Sanctus in manus prophenorū: summus in manus infimorum, abicitorum, desperatorum, atque id à Patre Deo. Magnam esse causam oportet, cur illud ita factum. Age Christus paucis eā indicat, Io. 3. Sic Deus dilexit mundum, &c. Felix igitur qui hæc rectè considerans uitam instituit Dei tam inenarrabili dilectione dignam. Infelix qui nomen Christi gerens ea uel negligit ceu uana, uel contemnit, ceu non perfectè salutem conferentia. Quia uero temporis momentum aderat, cui ex destinatione Patris non erat resistendum, locum facit malignitati Iudeorum, & quicum eis erant, dicens ad discipulos: Surgite, eamus, &c. It obuiam proditori, & multitudini armatae, quò uideant discipuli, non aliter antea turbatum fuisse, quam ut uerum indicaret hominem, postquam nunc dispensationi Patris, uelut nihil horrens tam promptus occurrat. Utq; discant interim, ordinationi diuinæ nec posse resisti, nec resistendum esse. Iudeorum autem multitudo intelligat unum cum reliquis, quam eos nihil Christus timeat, si ueritatis uim.

uim uel hinc poſſent aliquando uidere, nam hæc talis eſt, ut non uereatur grauiſſima quæq; ſubire, tantum ut maneat in columis ipsa. Conſyderandum illud: poſt preces, & poſt angelis ſolatium, ut eſt apud Lucam, nihil formidinis, nihil tædij p̄r se tulisse Christum, ſed per patientiam uiuiffe conſtanter omnia, ut cognosceremus, quid & nobis futurum fit, ſi tribulationum, aut mortis tempore gradiamur eadem, quæ ipſe ingreſsus eſt. Conſyderatio mortis horrorem incutit, configitur ad preces, ex precebus uenit robur, ut mortis praefentia minus adſiciat quam abſentis imago.

Et continuò adhuc eo loquente, &c.

Obſtinatus Iudas audet accedere ad Christum, & ſaluerere, & oſculari, et adpellare Rabbi, et ſic prodere. Oſculum nanq; ſignum erat, quod dederat turbæ, quam antecedebat, ne aberraret in captiuando. Nec illa ſatis erant, commiſſit etiam, ut comprehenſum caute ducerent, nimis ne elaberetur. Rebus ad amicicam perimentibus abutitur ad prodendum Chriſtū, qui prodi non poterat tamē. Et qualis iſt⁹. ec cæcitas quæſo, & unde, rebus tam ſacris abutiri, et tradere quæ nouit ſcire omnia: Quæ Iudas ſciebat, nō ſciebat, & que uidebat, nō uidebat, mentē et oculos capiēte cupiditate paruæ pecuniae, ſicut alio quoq; loco

loco diximus. illud uellem, ut ab hoc exemplo, & alijs similibus disceremus adficiuum potentiam, ut inde uenientes in cognitionem nostrae naturae, gratiam & auxilium Dei sepius feruentius, fidelius inuocaremus, ita fieret enim, ut cristas demittentes, & per humilitatem ambulantes apud Deum longè quodam efficceremur gloriores. Sed qualis Christus, qui contra se ista omnia tam patienter fieri permisit? nec solū permisit, sed interim adloquutus est etiam proditorem adeo placide Matth. 26. & Luc. 22. tanquam spes foret eum adhuc posse lucrificeri. Exemplum nobis præfert, omnia quæ mundus infert mala propter Deum, superanda per patientiam. Deinde tanta lenitate peccatores esse tractandos, quanta debent tractari, de quibus spes est in futurum uitæ melioris. Qui scire possumus enim, quando Deus miscreatur etiam eius, qui nostro iudicio uidetur impissimus, post quam non defunt exempla nobis eiusce misericordiae? Signo autem conspecto mox iniecerunt manus in Iesum, qui cum Iuda aduenerant, & cum comprehendenderunt. Nemo istud legens, uel audiens non conturbatur, non concutitur, & iure quidem. Quid uero dum captiuamus uerbum Iesu Christi, ac uel nihil pendimus, aut laqueum iniicimus, trahimusque pro nostra libidine quocunq; placet? Quid dum eos odimus, detestamur, deuouemus, rafimus, gladio, undis, igni post supplicia uendicantes, qui uerbo Christi præpositi sunt, & fideliter ac prudenter illud tractat? Quur non

&

CAP.XIII. OSVALDI MYCONII

*& hic concutimur? An putamus non æquè manus int̄-
ijci Christo, atque dum caperetur à turba? Inijciunt̄
tur certè non sine horrendo peccato, caueant igitur,
qui sunt huius peccati rei, ni desinant enim, non mi-
tius punientur aliquando, quam qui hic Christum tam
atrociter inuadunt.*

Vnus autem quispiam ad-
stantium, &c.

Petrus in eodē ardore persistens, quē superius ostendebat, gladio pugnare uoluit. Amputauit igitur districto gladio auriculā serui summi sacerdotis, amplius pugnatrus haud dubiè, nisi Dominus prohibuisset: Nam Matth. 26. ita loquitur. Cōuerte gladiū tuū in locū suum, &c. q. d. Alia pugna Simon est hic depugnāda, quam que fit gladio: Patientia namq; uincendus est hostis, qui cōtra me pugnat de iusticia diuinā: repone igitur gladium tuum in uaginam, et illud consydera, quod omnes qui gladio pugnabunt, peribunt gladio, nisi id agat eo iure quod datū est à Patre meo Principibus & Magistratui. Nam adeo non uult ille sanguinem humanū fundi, ut hunc fusum etiam à bestia sit requisitus, Gen. 9. Alter namq; si res haberet, an non putas subsidiū angelorū datū à Patre pro me depugnantū? Vel an non uis, ut scripturæ impleantur, que docuerunt olim hæc omnia sic oportere fieri in me? His uerbis Christus Petru repressit, ut & nos sciamus, quām dedebeat

dedebeat eos fundere sanguinem humanum, qui glorian-
tur de nomine Christi, nisi ius gladij sic iubeat, quod qui-
de est in manu Principū, non hominis priuati. Nā si illis,
dū nomē Christianorū ferre placet, rectè prohibetur uel
ira contra proximū, quomodo nō prohiberetur etiā effu-
sio sanguinis proximi? Deinde ut sciamus iusticiā Euan-
gelicā in se nō indigere gladio defensore, sed uerbo Chri-
sti, ut quod est uiuum, & efficax, & penetrantior quouis
gladio utrinq; incidēte. Hebreorum 4. Et quo uno con-
ficietur iniquus ille, de quo. 2. Thess. 2. De Magistratu,
qui suos tuetur, ne iusticia illa per uim auferatur, nihil lo-
quimur. Quod demū ad Christū adtinet, conferat pius
animus precationē Domini, cū oratione, quam hic habet
cū Petro, & uidebit clare, quae dicta sunt de pauore Chri-
sti super crudelitate supplicij, & mortis, tum de prōpta
uoluntate eius ad obediendum Patri, uerissima esse.

Et respondens Iesus dixit illis,

Significat Christus primoribus. (nam ad hos in pri-
mis hæc loquutus est, aderat enim principes sacerdotum
& magistratus templi, & seniores, ut Luc. ostendit) non
esse potestatis eorum, ut se capiant, sed diuinæ permisso-
nis ac ordinationis. Nam si aliter, olim præbendissent,
docentem uidelicet publicè in synagogis ipsorum, post-
quam consilium inierant contra euā ueritatis odio iam pri-
dem. Non opus habuissent igitur proditore, non insidijs,
non

non tempore noctis, non exercitu & armis, non profusione pecuniae in proditionem & milites conductos, molestiaq; consultandi, uigilandi, laborandi potuissent carere, si non scriptura Dei ad hunc modum fuisse adimplenda. Nunc igitur horam ipsorum adesse dicit Christus Luc. 22. in qua potestatem tenebrarum exerceant contra se, uerum non nisi permisso Patris, cuius ordinatione quidem ut haec sunt facta, sine tamen excusatione facientium, ita reliqua fiunt omnia. Impetu igitur facto in Iesum omnes discipuli fugerunt, ut ueritas constaret, qua sic futurū Christus & scripture predixerant. Humanam infirmitatem intueri proderit, nam aue crucē uidemur interdum nobis bene fortis: Illa dū adest adeo nihil sumus, ut nisi Dominus nos custodiat, actum sit de nobis. In primis igitur, cum Christiani uitam nihil sit nisi tribulatio, notanda sunt, quae superius de orando sunt dicta. Adolescentulus quoque sequebatur Domini circumclusus sindone super nudum corpus, hunc dum inuaderent adolescentuli ex turbas relata sindone nudus eus fit. Disputatur ille quis nam fuerit non magno cum fructu. Conducet magis quod is fecit reuera, spiritualiter facere. Sindonem reliquit, ut uitam seruaret: relinquenda omnia, ut serues animam.

Et abduxerunt Iesum ad
summum, &c.

Ad Caiphā protinus Iesum abduxerunt. Et quare
non

non potius ad Seniores populi? Quia sacer ordo scilicet
in causa fuerat, quur hæc mala Domino sic acciderent,
quam obrem etiam eò cōuenerant omnes summi sacerdo-
tes, seniores, & scribæ. Manifestum sit hinc, quæ pestis sit
falso religiosus Episcopus. Habet autoritatem, habet re-
ligionis titulum, iudicatur nosse scripturam, atque adco-
mentem Dei, quicquid ergo dicit, quicquid facit tantum
non adoratur. Id uero cum totum sit falso, & eos deci-
piat, de præuetiq; neceſſe est, qui illud ipsum admirantur
ac recipiūt. Videmus pestē ex hoc loco facile. Nam qua-
lis erat Caiphas, tales erāt primores omnes, totusq; po-
pulus cōtra Christum Domini. Quanto studio sit igitur
infudandum Episcopis, ut sint boni uiri in Domino, ne
malicia ipsorum, & falsus Dei cultus ab eis in multitudi-
nem demanans omnes inficiat ac perdat, non sine graui
ipsorum damnatione, non est oscitanter uidendum. Dam-
nable est fibi ipsi malum esse, quanto damnabilius itaque
malū esse muliis millibus? Et Petrus eminus sequebatur,
&c. Causam exponit Matth. ut uidet finem. Veritati
consonat, animum non pro rorsus abiecisse illum, propterea
quod Christus rogarat pro eo, ne fides eius deficeret. In-
trat in atrium igitur summi sacerdotis, uersatusq; inter fa-
mulos sceleratorum ad ignem se calefaciebat, disimulat
interim se discipulum esse Christi. Summi uero sacerdo-
tes, &c. Religionis ecce principes una cum toto concilio
nunc demum querunt testimonium aduersus Christum,

T ut cum

ut cum morti tradarent, qui apud se iamolim ipsum contemnarant tamen. Si nihil habebant iustæ causæ, quia comprehendenderant? Si habebant, quid erat opus testibus, nisi forsitan negasset, quod patrauerat? Igitur uidemus quām ex prauis initijs, non posset nisi malum prouenire. Statuerant moriendum esse Christo, non habebant causam præter odium, & inuidiam ex opinione quod lèderentur, & nihiliserent ob doctrinam eius, haec uero causa, cum ueretur esse nullam apud multitudinē, ut nulla erat per se, querere coguntur, ea ne tumultum excitaret in caput ipsorum. Quærunt igitur testimonium contra Dominum, nec inueniunt, & quamvis multi testimonium falsum dixissent, nullum erat tamen idonū satis, ut morti propterea adiudicaretur, ne illud etiam, quod quidam dicebant, se audiuisse quod dixisset: Ego diruam templum hoc, quod est manibus factum, & tribus diebus aliud sine manibus factum extruam, nimirum ut sic cœn uarium hominē traducētes, omnia quæ fecerat, & docuerat in nihilum reducerent, imò ut & blasphemū in templum Dei face rent. Hec ergo inuidiæ mala cogitemus, ut quæ subuerit totū hominis iudicium, obnubilantia mentis oculos, imò lumen, si quod reliquum erat, extinguentia, nequid simile patientes aliquando iudaizemus contra Christum per omnia. Et surgens summus sacerdos, &c. in malis (dico solē) quo quis melior, eò peior. Summus sacerdos, qui Io. 11. dederat consilium, Christū occidendum esse, ne tota gens periret.

periret, cum uideret, rem sic non succedere ad uotum, uiam quærerit aliam, an uidelicet ex ore Domini posset nancisci, ex quo uoti cōpos redderetur magis. Ait ergo: Non respondes quicquam ad testimonia illa contraria prolatæ Iesus autem tacebat, non erant uerba fundenda frustra, tempus est loquendi, & tempus tacendi, per se testimonia uana erant, atq; ideo uel iudicibus nō satis placebant, quid igitur respondisset? Verum ideo non desinit sacerdos iste summus, sed amplius interrogat, si satis fieri posset consilio suo: Tu es inquiens Christus ille filius benedictus Matth. dicit cum adiuratione per Deum uiuentem sic interrogatum. Aslatus in malo Pontifex ille: nouerat enim se aliquid per hanc adiurationē effectuum. Christus enim si tacuisset, contemptus fuisset accusatus Dei. Si dixisset, se non esse Christum, rogasset Caiphas, cur sumpsiisset sibi tantam autoritatem. Si dixisset, quemadmodum dixit, habebat quod uoluit Caiphas. Iam uero non poterat negare Christus, quod res erat, uenit enim in mundum, ut facaret se manifestum, primo quidem Israëli, deinde Gentibus per totum orbem dispersis, id enim cedebat in gloriam Patris, et in salutem hominum, quamobrem ingenuè respondit Dominus: Ego sum: Nec curauit, quod si bi nō crederent sic adserēti, sed quod de ueritate tā scueriter requisitus esset. Nam incredulis mox dicit ad terrorēm incutiendum: Et uidebitis filium hominis sedentem à dextris uirtutis, & uenientem in nubibus cœli.

T z Nunc

Nunc quidem. q.d. cōtemnitis & me, & quae dico, uerum
non multò post cognoscetis, quod receptus in cœlum ad
dexteram sedēam Patris, & inde regnem, uires accipien-
te regno meo nō solum uobis inuitis, sed etiam resistente
mundo. Missurus sum quoq; Spiritus in discipulos me-
os, qui docebit eos omnem ueritatem, quam & confite-
buntur liberè coram uobis, non sine stupore uestro: faci-
ent item miracula non minora, quā m ego, per nomē meū,
hoc est, per meam uirtutem, quod uobis dolebit. Demum
uidebitis in secundo aduentu uenientem me cum ingenti
gloria, cum angelis sanctis, in nubibus cœli ad iudicandum
uiuos et mortuos. Hac parrhesia uisus est Dominus coram
impi conciliabulo, ut iudentes illa, quae post resurrectionem
& adscensum eius in cœlū facta sunt, cogarentur fa-
teri apud se Iesum esse Christū, etiā si non credituri pro-
pter indurationē essent in eum. Mirum uero, ne hoc præ-
teream, cū ca. 12. satis pateat, legis doctores, qui tū erant,
non cognouisse Messiam Deum uerum, & hominem ue-
rum, qua ratione Caiphas hic adpellet filium Dei benedi-
cti. Qui scis aut̄ an ideo, post quam toties audierat, Christum
uocare Deū Patrem suum, ut si adfirmaret in præ-
sentiarum quod fuerat rogatus, maiorem haberet bla-
phemiam intendendi occasionem? Quid olim Rabbini
senserint de promisso Dei nihil dico, loquor tantum de
doctoribus, qui temporibus Christi fuerunt in precio. Cæ-
terum auditis, que dixerat Dominus, summus sacerdos
dilaceratis

dilaceratis uestibus dixit: Quid præterea opus habemus testibus, &c. Indignitatem blasphemie uestium dilacratione testari conatur, tanquam Dei nomen tam esset ei cordi, ut quod læderet illud ferre non posset, malignus pontifex, hostis Dei, & omnis iusticie. Sic solet hypocrisis tumultuari, tanquam æmuletur pro gloria Dei, cum nihil sit tamen quod agit, nisi conculatio illius. Consyderentur tempora nostra, quibus tam uaria consultantur, & committuntur aduersus ueritatem Dei: An uero non ita, ut uideantur simplicioribus agi contra pestilentissimam quandam seductionem ac hæresim? His itaq; gestibus, & hac rogatione, quid opus habeant testibus, & attestacione blasphemie, mouet etiam reliquos, ut rogati, sententiam ferant, Christum esse rerum mortis. Videmus iudicium sacerdotum, scribarum, templi primatum, ac seniorum, dum colunt hypocrism, contra sanctissimam ueritatem. Qui hanc amplectuntur digni sunt morte. Non mirum igitur, dum hodie pariter omnia sunt ab his, qui religionis prætextu querunt quæ sua sunt, no autem quæ Dei, & proximi, nam postquam Deus permisit, ut tales homines sic gressarentur in Dominum Iesum, filium, inquam, suum unigenitum, an quispiam, qui per uestigia eius ingredi laborat, effugiet? Tanquam uero condemnatio iam rite facta esset, quidam conspuere coepérunt in eum, et obuelare faciē eius, &c. Et quid ita quæso factum? In fures, latrones, proditores nemo sic furit, mouentur homi-

nes potius misericordia, uellent peccata non patrata.
Hic agunt tam petulanter, tam odiose, tam crudeli-
ter, ut mirari quis posset, unde nam causa tantæ crude-
litatis. Dicam quid mihi uideatur. Voluit Pater ille coe-
lestis filium suum inuigenitum sic contemni, sic cedi,
non solum hic, sed per totam eius passionem, ut nos
intelligentes noxæ, propter quam illa passus est, fœ-
ditatem, peccatum magis caueremus: ipsum autem,
et eum, qui pro nobis illusus, consputus, cæsus, cru-
cifixus est, maiore dilectione prosequeremur: hec
enim quem non mouent, quid queso ad Deum co-
gnoscendum moueret? Deinde quod adtinet ad Iu-
deos, adeo non fert se contemni hypocrysis, ut con-
tra nullum genus hominum flagitiosorum ita se-
riat, ut contra sui contemptores, utpote quos et
Deo putet non minus abominabiles: miseretur igit
tur proditoris, non miseretur iusticie sue contem-
nentis: Neque id solum, sed insert etiam ipsamet pro-
uirili mala, quæcumque potest sine modo, quod clare
uidemus hoc loco. Verum et hac tempestate quis mo-
nachus, aut sacrificus non exhibet se sponte pro-
carnifice hominis alicuius eximiè, ut uocant, Lu-
therani? Præterea, ubi flagitium nullum est, ut esse
uideatur, ita furere oportet, quo fascinentur oculi co-
rum, qui flagitium non uident. Hæc est sancta illa ratio
hominis, si Deo carcat.

Et cum esset Petrus in
atrio, &c.

Petri nunc terna describitur negatio, quarum prima facta est ancilla compellante ipsum coram satellitibus pontificis. Illa namq; rogante: Et tu cum Nazareno Iesu fuisti? negavit dicens: Non noui, neque scio quid dicas. Terretur a muliercula magnus pollicitator, ut postea cognosceret, cuiusnam virium esset, profiteri Christum intrepidè coram mundo. Secunda iterum apud alteram (ut clare dicit Matth.) ancillam est facta, cum per assertione m̄a diceret adstantibus: Hic ex illis est: unde & magis timens negavit cum iurejurando, non se nosse hominem. Ecce quid timor faciat, quem magistrum, praeceptoremq; suum, immo filium Dei uiui toties confessus erat dum esset felicior, nunc in angustijs positum hominem appellat, negatq; tam seueriter etiam postquam gallus semel, uelut admonuerat dictorum Christi. Tertia contigit, postquam qui adstabant diligentius eum contemplati fuerant, dixerantq; Verè ex illis es, nam & Galileus es, et loqua tua conuenit. Hi quia cooperant argumentis agere, ueritus ne cōuinceretur, et cōprehenderetur, coepit Petrus execrari, ac deterrare: Nō noui, inquiēs, hominem istum, de quo dicitis. Adeo crucis formido carnē obruit, ut omnibus viribus destituatur, si Deus nō fuerit auxiliatus. Et iterum gallus cecinit. Tunc igitur recordatus est

uerbi, quod dixerat illi Iesus, &c. Recordatus quidem est postquam cum intuitus est Iesus, ut Luc. ait: nam & antea gallum audiuerat, sed frustra, id quod nunc quoq; factum fuisset, si Iesus non respexisset. Vnde patet, hominis non esse, peccatum suum cognoscere, nisi Dominus intucatur. patet item quam externis Deus utatur, dum uult admonere, uel aliquid nobis conferre per uirtutem suam. Cœpit igitur Petrus flere poenitentia motus, nam huius signum certissimum erat fletus. Considereremus ergo diligenter Petrum hoc loco, ut poenitentiam uera, & Evangelicam reclamemus, postquam à pseudopropheticis alias huius loco tenuimus non saram, inò nihil quam peccare docentem. Peccauerat Petrus, non considerans peccatum. Iesus intuitus est, & intuendo mentis aperuit oculos, ut quod deliquerat uideret. Vedit ac doluit. Dolor excusit lachrymas, non incusit desperationē: Caut de in pro uiribus à peccando, id quod indicauit dolorem esse uerum. Ex quibus licet cognoscere, quā nam ratione poenitentia ueniat in corda nostra, nempe si respiciamur à Domino, hoc est, si aperiat misericorditer nobis oculos mentis, quibus uideamus peccatorum turpitudinem, atq; ad eo diuinam indignationem, ac iudicium, quo tradit peccantes eternis ignibus. Veruntamen non haec solum, sed et Domini uideamus misericordiam cum fide, certi quod non deseramur, tantum in fide persistemus, inde fit enim, ne peccata nos ad desperationem adigat sicut Iudam, sed
ad re-

ad recipisci tam uocet misericordia, per quam uenia dabitur praeue commissorum. Vnde dicit Esa.ca.30. Si reuer-tanini, & quiescatis, salui eritis: In silentio & in spe erit fortitudo nostra. Et ne quis roget, quomodo nos Christus respiciat hodie, notabimus per Verbum eius id fieri, nam hoc dum audimus, aperiuntur credentibus oculi mentis, quibus dum nostram contemplantur fœditatem, interim & misericordiam Dei spe certa concipimus, dolore cru-ciamur, quod egimus contra Dominum tam benignum, tam nos amantem, tam misericordem: Imo contrata mō-potentem, ut qui habet in manu iudicium seruandi, condem-nandi qz. Insuper dolor exprimitur lachrymis, alijsqz mo-dis, qui testificantur ueritatem eius. Fit invocatio Domini deuota, iugis, fidelis, quarogamus tum ueniam, tum custodiā nostrī, ne deinceps tur piter agendo sanctissi-mos oculos eius offendamus, agamus uero poenitus ad uo-tum ipsius, que cunqz sunt charitatis: interim manentes, quicquid ab huius saeculi filijs malorū inferri potest pro-pter Dominum: quicquid etiam Dominus ipse tribulati-onum, infirmitatum, aduersitatū ad coercēdos nos, uel corripiendos immittit, orantesqz ut per patientiam uicto-res efficiamur ad gloriam eius. Hanc poenitentiam inue-nimus in Petro, & alibi per scripturam Euangelicam no-bis traditam, quam docemus, & inculcamus, sequimur pro uirili, finem sperantes, quem adsequutus est Petrus in Domino. Quid igitur, obijcit aliquis, non poenitent-

CAP.XV.

OSVALDI MYCONII

omnes, qui uerbum audiunt? Breuiter dico. Quid non omnes, quos Christus intulit est paenituerunt? Non respicit similiter, quis dubitare potest enim, quin et Iudam adspexerit dicens, amice, ad quid uenisti? Et turbas dum alloquebatur: tanquam ad latronem exiisse, &c. Verum nullus resipuit, sed crudeliores, quam antea, facti sunt, & Iudas confugit ad laqueum. Auditores quoq; uerbi non aequaliter audiunt, nam dum ille uocat aures obcludunt pleriq; & auertunt, adfectuum strepitum magis commentantes. Talibus igitur ut tenebre sue magis placent, quam uocis Dominicæ lux, ita non inuenit locum apud eos paenitentia.

CAPVT DECIMVM QUINTVM.

Et confessim diluculo consilio, &c.



O DEMNATVS erat iam à summis sacerdotibus & reliquis præiudicio Dominus, et ob eam causam per totam noctem il luserunt ei. Mane confidentes ijdem omnes consilium inierunt, & condemnatum pro more suo mittunt ad iudicem Pilatum, qui Romanorum autoritate tum illic præsidebat. Verum itaq; redditum, quod iam pridem dixerat Christus. Tradetur enim gentibus, &c. Et

Et interrogauit eum Pilatus: Tu es rex ille Iudeorū? Lucas ca. 23. occasionem ostendit, qua Pilatus ita rogat Dominum. Accusarant enim de tribus eum sacerdotes cum reliquis, ncmpe quod euertisset gentem: quod ueraret tributum dari Cæsari: quodq; diccret se esse Christū regem. Ob primum Pilatus eum miserat ad Herodem, ut Lucas docet. Ob reliqua sic rogat: Tu es rex ille Iudeorū? Nam prætura propter hoc erat, ne quis se ingereret, ac seditionem moueret in populo Iudaico uelut tyrannidē occupatus contra Cæsare Ro. Iesus aut̄ quid? Tu, inquit, dicas. Confiteor seruarem esse, uerum ea ratione, qua disputatione amplius apud Io. 18. his uerbis: Regnum meum non est ex hoc mundo: Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utiq; decertarent, ne tradiceret Iudeis. Nunc autem regnum meum non est hinc. Quibus uerbis Christus formidinem, qua Pilatus nonnihil mouebatur, uult eximere. q.d. non est timendum neq; tibi, neque Cæsari tuo propter me, nā etiam si rex sum, uobis tamen regnum meum non obseruit, quia non est terrenum, sed cœlestē, non igitur regnabo, sicut solent reges terræ, modo quodam externo legibus, armis, opulentia, luxu, cæterisq; rebus eiusmodi, sed in cordibus fidelium, iusticia, pace, & gaudio in Spiritus. atq; id dum per me metipsum gubernabo, nā alioqui potest as est mihi data in coelo & in terra: quo circa gubernacula principum omnia siue sint ecclesiastica, siue prophana manibus ego tenebo. Quicquid igitur esto,

estō, quicquid dicant Iudei, non erit enim aliquid dāmni uobis à me, ut quos potestate donauit Deus æternus, Pater ille meus, à qua nemo uos detrahet, usq; dum illi uisum fuerit. Accusabant autem summi sacerdotes Iesum de multis, siquid esset, quod iudicem moueret ad consentiendum sibi Iesum esse uirum maleficum: uerum hic tacebat, etiam postquam Pilatus rogaret: Non respondes quicquā, &c. Frustraneum erat omne respōsum, nam aderat hora eius: & ueritas corā porcis non erat spargenda. Nouerat item Pilatus (tales erant accusationes) quod ex inuidia, quicquid fiebat, ageretur, sicut paulo post audiēmus.

Cæterum in festo dimittebat.

In festo paschatis mos erat uinctū ob facinus capitale, quemcunq; peterent Iudei, dimitti: nam sic testificari uolebant isti, se memores esse beneficentiæ, qua Deus olim patres ipsorum liberarāt ex tyrannide Pharaonis regis Aegypti. Erat autem inter uictos, qui dicebatur Barabas homo seditionis, & homicida, quem Pilatus conferebat in proponendo Iesu. Cum itaque non ita male uellet is Iesu, querit hinc ansam ipsum liberandi. Igitur ubi turbā cœpisset rogare, ut faceret, quod haclenū facere fuisse solitus, inquit: uultis dimittam uobis regem Iudeorū? estimans nimis fieri non facile posse, præsertim apud populum, cū quo nunc agetur (de sacerdotibus enim non erat spes) ut Iesum post haberent tam nefario latroni.

Sciebat

Sciebat inuidiam summorum sacerdotum ex his, quæ ui-
derat, ac audiuerat, ex tumultu nœpe, gestu, facie, clamoribus,
accusatione, atq; ex eis rebus, quæ multò ante præ
cesserant. Agunt ergo sacerdotes pro adfæctu illo nunc etiam
nam cōcitant turbam, ut peteret Barrabam, & obtinent,
nam ita fecit turba nihil cunctando. Rogante uero Pilato:
quid uellent, ut faceret regi Iudeorum, clamant: Crucifi-
ge istum. Quid, inquit iterum, malificus? Vehementius
clamant, crucifige eum. Non respondent, quid fecerit, sed
uerbis ostendunt, quid uelint. Sic stabat sententia, uole-
bat crucifigi Dominum innoxium, nec solum innoxium,
sed qui beneficijs populum onerarat, nedum adfecerat.
Inuidice uehementiam iterum licet expendamus, nam ne-
scio si quis sit aliis ex potentioribus adfæctibus minus fa-
tiabilis, immo pestilētius satiabilis, nam præter vindictam
nihil explet. Impiam quoq; Pilati æquitatē, uiderat in-
nocentiam Christi, cognouerat inuidiam Iudeorum, &
ex eo non nihil fauerat Domino, nihilominus Pontificum
obsequitur malignitati, sicut in sequentibus clarius con-
stat. Vnum est tamen, quapropter laudandus uidetur
per comparationem: Nam quanto stultus ille index fue-
rit sagacior nostris proceribus, hinc facile patet, quod ex
his quæ fiebant, protinus nouit summorum sacerdotum
inuidiam: Non ita nostri, nam ex his, quæ tam crasse com-
mittuntur à summis sacerdotibus, Papis, Cardinalibus,
Episcopis contra doctrinam Christi, & eius professores

peñimum

CAP.XV. OSVALDI MYCONII

peſſimum illum adfectū non intelligunt, ſed admittunt potius, & uelut frigidam ſuffundunt, imo palām instigant ac adiumento ſunt, quō Christus, ſi dijs placet, quām ocyſimē tollatur ē medio. Quām uis fruſtra laborent omnes: Christus ſemel mortuus amplius non moritur, ſed in dextera Patris ſedens regnat, id quod ſentient illi, dum uifitabit Dominus & priuatim, & communiter aduersarios ſuos. Præterea leuitatem populi denuò colligimus ex eo, quod tam facile persuaderi poterat aduersus innoſentē, ac tantū benefactorē ſuū. Reclē igitur populum uocat ille beluam multorū capitum ob incōſtantiam. Verum tales ſunt natura omnes homines, qui robore diuino non ſtabiliuntur, ad preſentem respiciunt utilitatē qualisqualis h.e.c ſit, de futuro nihil penſi habētes, poſtquam adfectus obtinuerūt uictoram. Sequitur nunc Pilati ſtultum ac impium obsequiū, nam uolens ſatisfacere turbae, dimiſit illis Barrabā, et tradidit Iesum flagellatię, ut cruciſigeretur. Aiuunt quidam Pilatum queſiſſe per flagellationem, & ludibria, qu.e permifit contra Iesum, uiuam liberandi, quem innocētem cognouerat, ſcientē quām ſaepē fiat, ut ex inuidioso reddatur miscrabilis, poſtquam furor ſatis in illum debacchatus fuerit. Quām uero res ita ſe habeat, quur quæſo iuſtū, (nā ita uocat Christum manus lauās, ac dicens: Innocēs ego ſum à ſanguine huius iuſti. Matth. 27.) quur inquā iuſtū & in ſontem flagellauit, coronauit ſpinis, illuſit, ſalutauit per ludibrium ut regem,

regem, percussit caput eius arundine, inspuit in eum genibus flexis adoravit? An hæc est via liberandi à morte, ac non potius inferendi mortem? Sed sic est ingenium humatum, lædit cōtra charitatē, & iusticiam humilem in gratiam potentis, ne prouocet hunc in se, etiā si nec fauet, nec diligit, ubiubi maneat interim æquitas. Quod quidem facimus, ut Dominus detestetur, abūdē prophetæ docent. Esa.ca.10.11. Iere. 21.22. Am. 2.5.8. Zach. 7, &c. Deus aut uidet, qualiter agant milites Pilati cum filio suo, atq; dissimulat, ut implerentur scripturæ: Nam Esa.de rebus tam nefarijs sic olim uaticinatus est: Non est species ei, neque decor: Et uidimus eum, & non erat asperclus, & desyderauimus eum, despectum & nouissimum uiorum: Virum dolorum, & scientem infirmitatem: Et quasi absconditus uultus eius & despectus, unde nec reputauimus eum, &c. Dissimulat item ob dilectionē nostri, nā ita uoluit iusticie suæ pro nobis satisfieri, hoc est, peccata nostra tolli, sicut idem Esa.reliquit. Verè languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portauit. Et iterum. Ipse aut vulneratus est propter iniquitates nostras, ad tritus est propter scelera nostra: Disciplina pacis nostra super cū, & liuore eius sanati sumus. Et paulò post: Propter scelus populi mei percussi eū. Hæc adscriptimus ideo, ne lectoris contemplationi super obprobrijs Domini nostri Iesu Christi qdpiā dilationis adferrē locū prophete tantū indicando nā res est digna, quæ occurrēs mox consyderetur.

CAP.XV. OSVALDI MYCONII

cōsyderetur quām deuotissimē. Postquā satis est illusum
Domino, exiūt eū purpura, quā anteā circūde derant ut
regi, & induunt proprijs uestibus, et educunt, ut crucifi-
gant. Coronam, purpuram, sceptrū nos contēplantes nō
ludum, sed ueritatem intuciamur. Scimus enim Christum
regem esse regum, & Dominum dominantium, nam re-
gnū eius regnum sempicernū: & potestas eius poter-
testas ēterna. Igitur quanquam ista sunt omnia per ludi-
brium illi exhibita, mysterio tamen adeo non carent, ut
piū pectus cōtemplationem regis coelestis ex ipsis non
parū augeat, tantum abeat, ut inde reddatur uilior. Nam
quō contemptior est hic habitus, eo mirabilior, uenerabi-
lior, ac gloriōsior sit iniuenti thronum eius sublatum su-
per omnia, quae sunt, aut dici ualent sublimia: credenti iū
dicem eum futurum, in extremo die, uiuorum et mortuo-
rum, daturumq; tum unicuique prout geſſit in corpore.
Hunc itaq; tantum regem ducūt milites abiectissimi. Age
Deus tenebrarum potestati permittit iusticie solem, & lu-
cem mundi sic tractari, quod stupendum omnibus. Quid
enim quæſo tenebræ ad lucem nox ad solem? At hic pre-
ualere uidentur tenebræ. Et Christus filius Dei uiui per-
mittit se uinci, cuius uel natui nihil potest obſistere. O di-
lectionem erga gēnus humanum. O cōſilium ad illam no-
bis probandum. O duriciem nostram, qui tam tepidē re-
damamus, imò tam non redamamus, adeo nos malum in-
gratitudinis occupauit, quia Deum & erga nos opera
eius

rius non consyderamus, non curæ sunt nobis, non putamus ad nos pertinere. Largire queso Iesu potentissime, ut illa dignè contemplantes accendamur, & inflamemur ad redamandum Deum Patrem adeo benignum, & te filium Dei, fratrem nostrū adeo pro nobis obedienter mortuum, ut postquam in gloriam uiuiusq; uitam hic piè, sancte, transfigimus, mortemq; feliciter superauimus, illic uiuere concedatur per nomen tuum sc̄mper.

Et coegerunt prætereuntem, &c.

Christus baiulauit propriam crucē initio, deinde occurrat Simon, cuius hic fit mentio, pater Alexadri & Rufi hominum piorum, quem petulantia militum coegerit ferre crucem Domini. Et quæ isthæc immanitas, imponere condannato supplicij instrumenta? Vel cur non cruces latronum quoq; ceruicibus sunt impositæ? nisi quod crudelitatem omnem uoluit Pater contra filium exerceri, ut uideremus, quale' nam esset, quamobrem illa sustinuit, tum ut cognosceremus dilectionis eius magnitudinem erganos, ut quæ immania ista tolerare potuit in unigenito suo. Sed quur' nam abutebantur milites opera Simonis? Fortassis ob debilitatem Domini, quæ contigerat ex immani tractatione ab hora captiuitatis usq; adhuc. Nam ut parcerent, non leuarunt onere crucis, talis est militū mercenariorū truculentia, neminem respiciunt, nisi à quo sunt

v conducti;

CAP.XV. OSVALDI MYCONII

conducti nihil moratur, nisi pecuniam, proprie quā se in
istud uitae genus deuouerūt: et agunt propterea quicquid
iubetur. Inferre Deo bellū, inferre patriæ, inferre Turcæ,
inferre huic uel alteri iniuriam; æqualiter pendunt, nam
obliti rerum omnium, uentri satisfacere studium est, uel
mori. Ecce genus uitæ, quod Germani deligimus: Quem
putamus finem habituros nos, uisi mores istos, & inge-
nia mutauerimus? Et ducunt eum in Golgotha, &c. Gol-
gotha Syris, Latinis est locus caluariæ interprete Marco,
quod damnati capite truncarentur illic. Dominus huc du-
citur unà cum latronibus, ut eiusdem fortis dum iudicare-
tur, nomē eius abiecetur ut ignominiosum ubique. Sed
contrarium prorsus obtigit pro consilio Patris, nam &
locus consecratus est per sanguinem Christi, & nomen
eius factum est sacrosanctum, laudabile, benedicendum in
uniuersa terra. Et dederunt illi bibere myrrhatū uinum,
sed ille non sumpsit. Matth. dicit, acetum felle mixtum
nulla dissonantia fieri potest enim, ut uinum fuerit aceto-
sum, & myrrha fuerit amara, non inepte per fellis adpet-
lationem amaritudo expressa est. Aiunt autem ex more ta-
le uinum occidendis oblatum. At Christus non bibit, nam
post coenam dixerat, se non bibiturum de genimine uitis
donec ipsum biberet nouum in regno Dei. Postquam au-
tem crucifixissent eum, partiti sunt uestimenta eius, &c.
Sic David in Spiritu uiderat futurum, dum dixit ps. 22.
Diviserunt sibi uestimenta mea, & super uestem meam
miserunt

Miserunt sortem. Vestimenta diuiserunt in partes quatuor apud Ioannem, ut unicuique militi pars cederet: quatuor erant ergo milites, quibus datum erat negocium plebidi Christum. Acceperunt et tunicam, quia uero contexta erat a summo per totum, non consuta, non diuidebant, sed sortiebantur cuius nam esset. *XITW* et uocat Ioannes, quam tunicam nos interpretamur: et est uestis interior proprie sine manicis. Qualis fuerit igitur tunica Domini, non facile definiam. Certa sunt illa: fuisse uilorem, et contextam, ut intelligamus, qualiter se gesserit in omnibus Dominus noster, exemplum preferens, ut habetis uitium et amicum contenti simus. Quod adinbet enim ad texturam, nemo ueterum ferè non putauit subesse mystrium, uariant tamen. Verisimile uidetur, quod quidam reliquit hodie: Doctrinam significari per uestimenta Christi, per milites hereticos: Certum est enim, ut hi scripturam diuidant, atque dilacerent, et ueluti cum ipsa ludantur quies; pro suo capite, quo libitum est, eam torquent, indiuisam alioqui, quod per tunicam inconsutilem est significatum: Nam ita sibi cohaeret undique, ut una sit omnino, quemadmodum spiritus, qui eam suggesit, unus est simplex, et indiuisus. Igitur quanto cum periculo discerpatur, uideant quorum refert, quique dilacerant: Evidenter puto nihil esse perniciiosius, Deoque magis iniuisum. Era autem hora tertia, et c. Hora tertia crucifixus est Iesus: hora sexta tenebrae sunt exortae: hora nona clamauit,

Deus meus, Deus meus, &c. nec multò pōst emisit Spīritum. Et quam inquis horā uocas tertiam, et sextam, &c. Ab hora diei tercia tempus usque ad horam sextam uocari uideo tertiam horam. Quod quidem si recte dicitur, hora tercia pro secunda parte diei accipitur, & tres horas complectitur: sexta hora pro parte diei tercia, & similiter tres horas habet: hora nona pro parte diei quarta, & tempus continet uspērtinum ad finem usque: Erit igitur mane seu diluculum (ne quis querat) diei pars prima usq; ad horam tertiam. Hac autem ratiocinatione perit pugnantia, quae uisa est esse inter Ioannem, qui dicit Pilatum sedisse pro tribunali hora fermē sexta, & Marcum, qui adserit Christum hora tercia crucifixū: nam iudicium factum est sexta nondum existente, sed hora tercia, quod quidem iudicium mox consequita est Domini suffixio in crucem: Et dum sexta iam esset, tenebræ sunt exortæ.

Eterat inscriptio causæ
illius, &c.

Inscriptio fuit: Rex Iudeorum. Non uideo, quin Pilatus sic scribens ridere uoluerit & Christum, & Iudeos. Illum enim nihil minus esse putabat, quam regem, quod nihil regium secundum mundum adpareret in eo. Iudeos autem notare uolebat de malignitate, qua Christū affectati regni fecerant reum, miserum, ac pauperem, tan-

tum

tum ut tolleretur. At Spiritus, aliud uoluit, excitat Pilatum, Spiritus inquam bonus, hominē malum, ut titulum ita scribens testimonium daret Hebræis, Græcis, & Latinis hominibus ceu iudex, Christum esse regem, Iudeis à Deo quondam promissum ad salutem totius mundi. Breuibus igitur multa cōtinet, uidelicet Christum hominem, mortem eius, Deum ipsum esse, salutem per eum esse. Nam primis uerbis, quæ Ioan:habet, Iesus Nazarænus, demonstratur ille, qui fuerat ex Maria genitus, & à Ioseph educatus, quiq; subinde se uocat filium hominis, & suam humanitatem multis modis comprobauit. Mors uero patet, quia titulus supra suspensum iam in crucis pannulum positus erat. Deus indicatur, quia rex est Iudeorum: Rex quidem non terrenus, sed cœlestis. Sic cœlestis, ergo Deus, quia non est alius talis, nisi ipse met Deus. Sed & Iudeis promissus, talis rex futurus erat, ut cuius regnum permansurum esset in sempiternum. 2. Reg. 7. Esa. 9. &c. Constat autem hominis regnum non sic perdurare. In hoc ipso iam nemini non potest certum esse de benedictione ac salute, qui crucifixus est enim, Deum corporaliter in se tenuit inhabitatorem. Nam quod passus est innocens per carnem, causam latentem habuit, placuit Patri si redimi genus humanum. Quod Deus inhabitauit in carne, certum & firmum facit, efficacem esse carnis mortem circa benedictionem tribuum terræ. Ex quibus facile uidetur, titulum non ab ethnico uiro, sed à Spiritu di-

CAP.XV. OSVALDI MYCONII

diuino conditum et suggestum esse. Solus igitur ille memoriæ rectè commendatus admonere potest, qualis nam sit miseris nobis Christus.

Et cum eo crucifigunt duos latro.

Sic procuratum fuerat à summorum sacerdotum consilio, ne esset ignominia, qua careret Dominus, implereturq; quod prædixerat Esa. 53. Et cum inquis deputatus est. De his latronibus Lucas pluribus scribit ca. 23. Alterum, qui uidelicet pendebat à sinistris, cōuiciatum esse Domino his uerbis. Si tu es Christus, serua teipsum & nos: Alterum uero, qui pendebat à dextris, increpuisse illum: Ne times tu quidem Deum, quod in eadem damnatione es? Et nos quidē iustè, nam digna factis recipimus: hic uero nihil mali gesuit. Et post hæc cōuersum ad Iesum dixisse: Domine memento mei, cum ueneris in regnum tuum: Iesum autem respōdisse: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo. Hæc faciunt, ut mens habeat, quæ condigne secum reputet, primò quidē finem pœnitentis, et imponitentis: Deinde uirtutem fiduci. Tertio, purgatorium papisticum rem esse planè ficticiam. Lectori pio uelim ea commendare, nam rectè ponderata et in spem erigunt, et quæ sit uera fides docent, et de uanitate purgatoriū ignis contra Papam certificant.

Et qui præteribant, conuiciabantur.

Adhuc non erat impiorum hominū, qui præteribant, satiatum

satiatum odium, summorum sacerdotum inuidia, latro-
 num miseranda malignitas. Primi temp'um sacrosanctum
 uelut à Dominu) contēptum exprobrat, cum ipse tamen,
 dum eius habuisset mentionem, de templo corporis sui
 uoluerit intelligi, necnon innuere quid aliquando con-
 tra se patraturi essent Iudei. Io. 2. Aiunt item, serua te-
 ipsum, & descend de cruce. Hoc pre dixerat Christus
 futurū. Luc. 4. Dicluri sunt mihi: Medice cura te ipsum.
 Summi sacerdotes inter se cum scribis dicebant: Alios
 seruauit, &c. Impietas cogitur ferre testimonium Chri-
 sto, quod uidelicet salutem adulterit multis. Tam est res
 potens ueritas. Vae cognoscētibus eam, & non sequen-
 tibus. Aiunt item: Christus ille rex Israēl, &c. q. d. Iacta-
 bundum hominem, gloriatus est se esse Christum Dei, ac
 regem Israēlis, quare igitur nūc non reipsa, postq' adeo fo-
 ret opus, porētiā suā exertat? Agat quod iactauit, de-
 scendat de cruce, ut uideamus & credamus ei. Hisce ue-
 luti dignis obprobrijs uolebat sacra turba illa neminem
 non abalienare à Christo, tanquā nihil, postquam sic pen-
 debat, certius foret, quām uanum esse quicquid haclenius
 uel dixisset, uel legisset. O mentes hominum cæcas, ô pe-
 flora cæca. Videmus hodie uiros doctos, & sanctos opi-
 nione sua, non minus cæcutire, non minus blasphemare,
 dum nec uident Christum solum esse salutarem, nec
 abstinent à conuiciando pijs, maxime dū ad supplicia du-
 cuntur propter Dcū. Videtis, inquit, illorū Euangeliū

nunc uidetis ut custodiantur à suo Christo , uidetis potentiam fidei quam iactant? Cur non ignis uim per eam extinguunt? cur non gladium carnificis obtundunt? cur non carcerem perfringunt? His itaq; uerbis , quid nisi miseros abstrahunt à cognitione uerbi salutis, quo uno & solo pascuntur anime piorum ad uitam? Age paterfamilias ista passus est, & uicit per patientiam, igitur, quomodo non eadem acciderent domesticis eius, & per patientiam ipso subueniente uiolores euaderet? Cæterum effecit illorum improba conuiciatio, ut alter quoq; latronum à probis iaciendis non abstineret, qui iam tamen laborabat in extremis. Signum erat impatiëtie , miser. &q; desperationis. Ambobus tribuitur ab Euangelistis per σύλληψιν seu ἐναλλαγὴν numeri, quod alter tantum fecerat, audiuimus enim paulò ante, in paradisum à Domino receptionum alterum. Discimus ex illis omnibus, intuidiam nec ante vindictam, nec in ipsa, nec post eam misericordiam admittere.

Cum uero facta esset hora
sexta, &c.

Circa initium horae diei sextae, quæ pars est tertia diei, sicut dictū est superius paulò, tenebræ sunt exortæ super totam terram, iudiciorum uidelicet, & perdurarunt usq; ad horam nonam, sol etenim iusticiæ tam crudeliter patiebatur, immo ille qui & lumen dat rebus, & conseruat in æternum,

in aeternum, tantis ludibrijs, tantisq; doloribus per carnem fuit expositus, & uendicatus, ut non mirum esset, si omnia commutata in tenebras sic mansissent in sempiternum. Quāuis ex parte taliter acciderit, nam Iudaorum uerbi recordia an' non tenebras contraxit, per externas procul dubio significatas, hoc est, mentis caliginem in filio Dei, rebusq; diuinis omnibus, permanentem usq; in diem hodiernum. Et quis cōs, an sint unquam desitūr e? Ethorā non a clamauit Iesus, &c. Carnis est hic clamor, quod hac tenus non fuerit uehemētius, grauiusq; passa. Et quomodo inquis derelictus fuit, aut esse potuit à Deo? Propter immensum cruciatum, quem caro tum senserat, carnē omni lenimento solatij: uoluit enim Pater, ut illa sic immergeretur doloribus, ut quicquid esset, nil nisi dolorum essent aculei. Adeſt Dominus suis in omnibus adflictionibus, atq; tormentis, ut quantacunq; sint ista, sentiantur tamen semper aliquid solatium, unde fiat tolerabilius quod infligitur. Hic uero tam excedebat omnem doloris acerbitudinem, quod caro patiebatur, ut etiam ueluti solatio carceret Patris: quamobrem ad hoc indicandum se derelictam à Deo clamat. Proderit in tribulationibus, in suppliēis propter Dominum hęc habere in promptu, quò fortius, & constantius in eis persternus, & imbecillitatem carnis & equius toleremus, ne mille artifex Satan coniiciat nos, tanquam fide careamus, in desperationem. Quod reliquum est, uersus est ex ps. 21. in quo Davidis Spiritus nō

CAP.XV. OSVALDI MYCONII

pauca prædixit, quæ Christo in passione contigerunt.
Quia uero dixerat sua lingua Eloi Eloi, quidam uel non
intelligentes, uel inuertentes aiunt, Ecce Heliam uo-
cat: certum est irrisio[n]em fuisse ex his, quæ sequun-
tur: Sinite uideamus, an uenturus sit Helias, &c. Accur-
rit autem quidam, &c. Et quid hic acetum faciebat, seu
uinum myrratum inquies? Respondet Erasmus:
Quod uinum bibitum mortem acceleret uulneratis.
Testem habet Plutarchum in vita Antonij. Addit, idem
facere acetum, quo circa fortassis in promptu uas erat
aceto, uel acido uino plenum. Oportuit autem scriptu-
ram sic impleri: ps. 68. Et dederunt in escam meam fel[ic]et
in siti mea potauerunt me aceto.

Iesus autem emissa uoce magna.

Miraculi uice est, morientem uoce magna, id est, forti ac
uiuida clamaſſe. Sed quid clamauit? Lucas ait: Pater in ma-
nus tuas commendabo spiritum meum. Fundamentum et
originē magnæ speci, inquit Cyrill. uox illa præbet nobis.
Credere nāq; debemus, cū à corporibus sanctorū anime
abierint, tanquam in manus charifimi Patris bonitati di-
uinae cōmendari, nec ut quidam infidelium crediderūt, in
terrīs conuersari, quo[u]sque sepulturæ honoribus adfertæ
sint: nec ut peccatorū anime, ad immensi cruciatus locū,
id est, ad inferos deferri, itinere hoc nobis à Christo pri-
mū preparato, sed in manus potius Patris euolare, &c.

Ex

Ex quibus uerbis non obscure uidemus preter alia, quid
ueteres senserint de igne purgatorio: Sanctos enim a mani
bus Patris ait excipi. Peccatores autem ad inferos deferri, ni
si quis inuenire queat hic hominem nec bonum, nec malum,
qui post mortem ad iusticiam ab hoc igni sit expoliatus.
Contra Catabantarum errorem locus etiam pugnat de
animarum dormitione ad extremum usque diem iudicij.
Sic uero clamans emisit spiritum. Ioannes dicit, tradidit
spiritum, nemo enim uiuere potuisse illum. Emisit igitur
spiritum sua, qualiter et passus erat. Ioan. enim. 10. dixe
rat: Nemo potest tollere animam meam a me, sed ego ponam
eam a meipso, et rursus accipiam eam. Haec est igitur uia
et ratio, qua mundus est a peccatis suis emundatus,
translatusque ex potestate tenebrarum in regnum filij Dei,
neque est, aut esse potest alia, qualitercumque reclamet Anti-
christus cum omnibus sanctulis suis, Iesus etenim unus est,
et Christus unus est, non multi: Unus est igitur seruator
et medicus animarum, unus sacerdos, unica sui oblatione na-
tus eternam liberationem, unus rex Dominus coeli et ter-
re, potens praestare quod sanguine suo preciosum coemit.
Supereft igitur ut dies noctesque cogitemus, studeamusque
reddere pro his tantis beneficiis, quae gratos decet. Id autem
erit, si acceperimus cum Davide calicem salutaris: si inuocauerimus nomen Domini: si uota nostra reddiderimus
ei coram omni populo ipsius. Et quid est calicem salutaris
accipere? Respondeo. Scimus calicem in scripturis non

varò

CAP.XV. OSVALDI MYCONII

raro pro cruce aduersitateq; sumi. Vnde hic dū sic accipi-
mus, recte se res habebit. Evidem crucem, quam Deus
impositurus est, patienter suscipiam, quantumuis sit gra-
tius & acerba, sciens salutarem esse mihi postquam est
imposta à Domino, per patientiam enim possebimus
animas nostras. Luc. 21. Incident mala propter parentes,
fratres, uxorem, liberos, cognatos, feram. Incident pro-
pter bona, sustinbo. Incident corpori meo, dicam cum
Iob: Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini
benedictum. Atq; me esse Domini credam, ut qui corripit
quos diligit. Pro. 3. Interim uero ne succumbam, inuoca-
bo nonen Domini, qui solus est, ad quem in aduersitatibus
est configiendum. Id ipsum uult etiam, quam obrem
sanctos homines ueteris, ac noui testa: reperimus nō alioz
dū tribulati sunt, configisse. Quare David inquit ps. 119.
Ad Dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me.
Sed & Christus ipse quem inuocauit, nisi Patrem in mis-
tis, quæ hactenus audiuiimus? In terris liberi, dum accidit
malum, configiunt ad patres: Quò nos igitur configere
mus tribulationis tempore, si sumus filij, quā ad Patrem
cœlestem? Docemus igitur inuocando Deum ex puro cor-
de cumq; fiducia, quo nam is loco nobis sit: Pro Deo ha-
bemus, & pro Patre fideli, ueraci, potente omnia, & pe-
tentibus filijs ministrante omnia, atq; hic cultus est etiam
quo magis illi gratus exhiberi non potest. Reddam & uo-
ta mea Domino, que sum pollicitus, quaq; reddēda sunt.
Videamus

Videamus hic, priusquam progrediamur, de uotis ueterum, si tum melius & de nostris intelligere queamus. Illi (quia tempus ita tulit) quoties aliquid petiuerunt a Dco: seu ubi Dcus aliquid grande beneficium contulerat, uouerunt uotum, id est, sacrificium aliquid, et uiclimam, pietatem sic contestantes suam, id quod is etiam ita statuerat, ad eum modum preludi uolens morti Christi. Quod igitur uouerant pro Dei uo'untate, soluebant: Quamobrem & David hic, quæ uota uouerat, se dicit redditurū coram omni populo Dei. Interea norant tamen pijs, non esse uotum Dco magis gratum, quam laudis, & hoc ipsum solvere gratissimum. Quocirca in psalmis talia ferè uota repe rimus, ut ps. 55. In me sunt Deus uota tua, reddam laudationes tibi. Et ps. 60. Psalmum dicam nomini tuo in sæculum sæculi, ut reddam uota mea de die in diem. Et ps. 21. A te laus mea, in Ecclesia magna cōfitebor tibi, uota mea reddam in conspectu timentium eum. Hac uero ratione ad uiclicas adiungebant & laudem Dei, & gratiarum actionem, ut sine quibus uiclimæ nihil erant. Esa. 1. Nunc ergo, cum illa uota sint abrogata poenitus, (uenit enim, cui hisce prælusum est) eis relicis ad uera uota, quæ scimus nunquam non fuisse gratissima, respiciamus: Hæc autem sunt, cor contritum, spiritus contribulatus, et mortificatio. Deinde Laus Dei, & gratiarum actio. Demum beneficentia in proximum. Hebr. ult. Hæc itaque reddenda sunt nobis corde fideli, et nihil acceptius faciemus Deo.

Pro

Pro beneficijs ergo per filium collatis, quæ diximus, repetit, ea si prestiterimus fide, qua debemus, salui erimus.

Et uelum templi scissum
est in, &c.

Prodigia hæc à morte Christi, quanquam docent creaturas inanimes creatori suo quodammodo condoluisse, non dubium est tamen, quin aliquid ultra id significarint, ut hic uelum templi scissum: (erat autem uelum hoc interstitium in templo inter sancta, & sanctas auctoratum.) in duas partes, licet deinceps intrare in sancta sanctorum, hoc est, in cœlum, quod antequam Christus esset glorificatus non licebat. Et apud Matthæ. terram motam significare terrarum orbem commouēdam prædicatione uerbi Christi. Petras scissas, duriciem cordiam per poenitentiam emolliendam. Aperta monumenta, & corpora suscitata uirtutem mortis Christi, qua uiuificantur fideles, tum & resurrectionis future certitudinem, &c. Centurio, qui ex aduerso adstabat illi, &c. Miles hic quanto plus habebat cerebri, quam doctorum & religiosorum Pontificum & sacerdotum turba, ut ipse qui ex integritate claritateque uocis emissæ, tantum dicit, ut confiteretur: Vere homo hic filius erat Dei, quid si doctrinam audisset Christi, cognouisset sanctissimam eius uitam, ac miracula uidisset? Sed hæc sunt passionis Christi primitiae, ad gentes Euangeli gratia deducenda

tendaverat. Id est autem, quod Christus dicit Ioannis 12.
Nisi granum frumenti deiecerit in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si uero mortuum fuerit, mulum fructum ad fert. Et paulo post: Et ego si exaltatus fuerim
a terra, omnes traham ad me ipsum.

Erant autem & mulieres, &c.

Mirum, discipuli si gerant, manserant autem mulieres: que admodum & Iudei crucifixerunt Iesum, uir cithnus & miles confiteretur Christum filium esse Dei. Mens Dei potest in huiusmodi factis uideri aliqua ex parte, agit pro consilijs suis recte & iustè, ut cunque nobis illi iudicentur, nam iustus Dominus in omnibus iujs suis, et sanctus in omnibus operibus suis. ps. 144. At Maria haec quæ fuit, ex Luca patet ca. 8. nec de qua septem exierant damo nia. Maria altera mater fuit Iacobi parvi (nam græcè legitur μητρὶ, & cognomentum iudicatur) & Ioseph: hanc uero Theophylactus putat matrem Christi, & illorum fuisse nouercam, ut quos Joseph virginis maritus ex priore genuisset uxore. Salome filiorum Zebedæi mater fuit. Stabant à longè spectantes, nam dilectio copulerat, ut abesse non possent: tum etiam Mariæ matris præsentia: muliebris autem uerecundia suadebat ut starent procul: quamuis apud Io. Mater Iesu steterit iuxta crucem, id quod considerandum est contra eos, qui dum homines conati sunt permouere ad lachrymas, talibus sunt usi prestigij:

Beatisima

CAP.XV. OSVALDI MYCONII

Beatissima uirgo Maria propter anxios dolores capillos
dum filius ductus est, lacerauit, clamore repleuit omnia,
nudauit ubera scissis uestibus, et tandem defecit, ut pium
pectus per seipsum haud difficulter cogitare potest. An
uerò stare iuxta crucem, ex uidere clavis filium unigeni-
tum adfigi, in aërem tolli, pendere, atque mori, animi fuit
adeo inanis fide, ac imbecillis, ut tam impotenter se gesse-
rit, dum ille ad ista omnia ductus est? Sed diuina conſyde-
rantur haud aliter sine fide. Quid' ni potius talis subit co-
gitatio? Stetit Diuina uirgo iuxta crucem, uiditq; dilectissi-
mum filium traxit tam immaniter usq; ad mortem, ni-
hil interim aduersus tortores loquens, nihil faciens, immo
ex nihil mali cogitans, oportet igitur in mulierib; pecto-
re fortem fuisse fidem, animi robur admirabile, conſtan-
tiam insuperabilem, immo ex certam cognitione, ad quæ
nam mors innocētis tam acerba profuerit, quodq; omni-
no fieri sic oportuerit ex consilio Patris. Nisi enim ani-
mus fide tam solidus fuisset, quomodo crudelitatem tam
inhumanam ualuerit intueri? Non est enim hominis ui-
dere liberos sic trucidari posse. Fortitudo igitur uirginis
qua erat ex fidei de filio certitudine (quantus quantus
fuerit dolor secundum carnem: de quo Luc. 2.) exemplo
potius nobis esse debet, quod imitemur uel uiri, quicquid
accidat uel nostris, uel nobisipfis propter Dominum, tan-
tum abest, ut ab ipsa discamus ex impatientia in eiusmodi
casibus imbecilles esse. Cæterum mulieres illæ, complu-
resq;

resq; adhuc aliæ sequitæ Dominum erant ex Galilæa, et ministraverant ei de facultatibus suis. Ex quo uidere licet, ut etiam Dominus pro spiritualibus acceperit carnalia: Dein uti quæ accipiebant spiritualia non grauarentur carnalia rependere.

Et cum iam uenisset uespera, &c.

Dies sexta uocabatur Iudæis paræscue, quod præpararent in eo, quecunq; erant sabbato necessaria. Tum hæc præsens ad edendum pascha destinata fuerat. Venit igitur Ioseph ab omnibus Euangelistis describitur: Matthæ. diuitem, & discipulum Iesu uocat. Mar. noster honestum senatorem, expectantem regnum Dei. Luc: decurionem, virum bonum, & iustum, qui non consenserit consilio & facto Iudæorum, & expectantem regnum Dei. Ioann: discipulum Iesu, sed occultum propter metum Iudæorum. Hæc quidem diligentia uide tur significare neq; diuitias, neq; honores in causa esse, cur quispiam excludatur à regno Dei, tantum agat Iosephum, hoc est, sit Christi discipulus, etiam occultus: nam ueniet tempus, quo se timore seposito manifestabit, uti præsens exemplum satis indicat. Is igitur sumpta audacia, &c. Viuente Christo non ausus est Ioseph prodere, ne forsitan excluderetur è synagoga, quod continebat in corde. Nunc eo defuncto Pilatum adire non ueretur, & petere corpus ipsius. Ex quo præter studium, quod à morte crescit in bonos uiros, certum est Christi mortem

X habuisse

habuisse virtutem talem, ut animum ante timore sepul-
tum, nunc uelut in uitam restituerit: Id quod & in Ni-
codemo (de quo Ioannes meminit) similiter comproba-
tum est. Patet etiā illos duos quamvis propter Christum,
dum adhuc in uinis eſſet, nondum fuerit tantum roboris
reliquendi uidelicet omnia, tamē quia expectarāt regnū
Dei, non esse abieclos à Domino, atq; demum esse datum
ſpiritum robustum, ut omnibus contemptis ostenderet,
qualis nam hactenus fuisset Christus ſibi: Tantum est, uel
infirmos adhærere Domino. Pilatus autē admiratus eſt,
&c. Admiratus eſt iam eſſe mortuū, quod huiusmodi ge-
nere supplicij adfecti soleāt plerūq; diutius uiuere, quod
uidemus in latronib. rotæ iā etiā intextis. Aduocat igitur
Centurionē, qui mori uiderat Christū, rogatq; an iamdu-
dum mortuus eſſet, & re comperta, donat corpus Iose-
pho. Pro dono igitur grandi charoq; Ioseph accipiens,
ſindonē linteū ſubtiliſsimū emit, et corpus Domini per-
unctum mixtura myrrae & aloës (attulerat enim Ni-
codemus unguentum illud ad libras ferè centum) inuol-
uit, depositūq; in monumento, &c. Age uideamus que
facta ſint. Dum uixit Christus nil uidere licuit niſi hu-
militatē, & horrenda multa. Ipo mortuo protinus ecce
quam honorifica ſepultura: Viri magni & honesti ſepe-
liunt: adparatus eſt magnificus: ſepulchrum in horto no-
uum, in quo nemo adhuc iacuit. Hęc indicio ſuerunt, qua
lis nam Christus ſuerit illis uiris, puta bonus, innocens.
uit

uir Dei, qui magnifica sepelitione foret dignus. Quamuis credibile, de glorioſa resurrectione illa nihil dum eis fuisse uel scientiae, uel ſpeci, ſicut neq; diſcipulis fuit. Diſcipli nus igitur ex uita & morte Domini, pijs hominibus hic in mundo uitam calamitosam eſſe, morte uero ſequi p̄ae ciosam in conſpectu Dei, & omnia post mortem eſſe ma gnificentissima, glorioſiſimaq; multæ namq; tribula tiones iuſtorum, ſed de omnibus hiſ liberabit eos Domi nus, &c. Psal. 33. Aduolutus autem lapis ad oſtium mo numeti fures abarcuit, & reſurrectionem certiorem at que clariorem fecit. Inſuper Maria Magdalene, & Ma ria Iose ſpectabant ubi ponere tur, nunc quidem in ani mo uoluētes quo nam honore corpus dilecti adſicerent, at quia tempus prohibebat, manent uſq; dum liceret, ſicut deinceps audiēmus.

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

Et cum præteriſſet Sabba tum, Maria, &c.

SE QVI TVR hiftoria de reſurrectione Domini, quæ quidem, ut eſt ad credēdum neceſſaria, ita ab omnibus Euangeliſtis diligentiſime deſcribitur, quamuis inter rim dum quisq; prout Spiritus indidit, reliquerit, obſcu ritas, & uelut diſfonantia, (que uerè nulla tamen eſt) ni

mirum ad fidem exercendam obueniat. Exercuit ea mul-
tos apud ueteres , quæ mobrem quæ uisa sunt ad posteros
demittentes ueritati subuenerunt pro uirili : Hodie uero
qui sunt in eodem exercitiū genere, non parū clarius rem
exponunt, qui quidem postquam sunt in manibus, nō est,
ut ego pluribus de concordia repetam , quamobrem
Marcum exponemus ubi de resurrectione paucula que-
dam, tum de concordia Euāgelistarum super resurrectionis
negocio præmissa sunt. Et primo quidē, quod ut mors
Christi resurrectionem precedens probauit hunc homi-
nem fuisse uerum: ita resurrectio probauit uerum ipsum
eſſe Deum: Vnde confitemur Christum uerum Deum, &
uerum hominem. Deinde quemadmodum, quod adtinet
ad nos, mors peccata nostra deleuit, atq; ita peccato mor-
tuos reddidit: sic resurrectio nos iustificauit, uitamq; re-
stituit peccato mortuis , ut mors nostra circa peccatum sit
in morte Christi, & resurrectio, seu uita nostra sit in re-
surrectione Christi. Rom. 4. Videmus igitur quām fuerit
necessaria Domini resurrectione, quamq; sit nobis necessa-
ria resurrectionis fides: Si enim Christus, inquit Paulus,
nō resurrexit, inanis uidelicet est prædicatio nostra . In-
anis est & fides nostra. 1. Cor. 15. Et fide resurrectionis
uacuus, non credit Christum eſſe Deum . August. itaque
recte dicit in ps. 101. & 120. Fides Christianorum resur-
rectio Christi est. Nō enim laus fidei Christianorum est,
quia credunt mortuum Christum, sed quia credunt resur-
rexiſe

rexisse Christum: Nam mortuum & paganus credit, &
hoc tibi pro crimine obijcit, quia in mortuum credidisti.
Quæ igitur, inquit, laus tua? Credere resurrexiſe Chri-
ſtum, & ſperare te resurreclurum per Christum: hæc eſt
laus fidei: Si enim credideris in corde tuo, quia Dominus
eſt Christus Iesuſ, et cōfessuſ fueris ore tuo, quia Deus ſu-
ſcitauit eum à mortuis, ſaluuſ eris Rom. 10. Non ait: Si
confeſſuſ fueris, quia Deus eum tradiſit occidendum, ſed
eum quia Deus ſuſcitauit à mortuis ſi confeſſuſ fueris, ſal-
uuſ eris; Corde enim creditur ad iuſticiam, ore autē con-
feſſio fit ad ſalutem. Quare autem, inquis, credimus &
mortuum? Quia credere eum resurrexiſe nō poſsumus,
niſi priuſ mortuū fuſſe credamus. Quis enim resurgit,
niſi mortuus fuerit? Quis expurgiſcitur, niſi priuſ dor-
mierit? Huc quoq; facit Ione prophetæ ſignum, de quo
Dominus Matth. 12. Generatio prava & adultera ſignū
quærerit, &c. Nam qui non credit, quod Christus reſurre-
xerit, non habebit ſignum aliud ſalutiferum. Reſurrexit
ergo Dominus uere, atq; ita comprobauit diuinitatem
ſuam multò clariſſimè Rom. 1. Qui declaratus fuit filius
Dei cum potētia, ſecundum ſpiritum ſanctificationis, ex
eo quod resurrexit è mortuis Iesuſ Christuſ Dominuſ no-
ſter, &c. Confirmauit etiā quecūq; ſunt nobis per mor-
tem promiſſa, nempe remiſſionem peccatoruſ. Rom. 4.
Christuſ mortuus eſt propter peccata noſtra. Et. 1. Pe-
tri. 2. Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo

super lignum, quò peccatis mortui iusticie uiueremus.
Et Io. 1. Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi. Iusti-
ficauit, id est uiuificauit credētes, nā resurrexit propter
iustificationem nostri. Laudādus est Deus, inquit Petr. 1.
cap. 1. & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui iuxta co-
piosam misericordiā suam regenuit nos in spem uiuam,
per hoc, quod resurrexit Iesu Christus &c. Nec mort-
tur deinceps Rom. 6. Sed regnat rex cœli & terræ 1.
Cor. 15. Nā oportet eum regnare, donec posuerit omnes
inimicos suos, sub pedes suos, ut et nos ambulemus iustifi-
cati in nouitate uitæ. Et est nostræ carnis resurrectio, quā
expectamus, in Domini resurrectione, tum indicata, tum
confirmata. 1. Cor. 15. Oportuit igitur cā discipulis esse q̄
testatissimam, ut pote quibus erat mundo persuadenda.
Quod sciens Dominus per dies quadraginta uariè con-
testatus est ipsam. Ut igitur discipulis ita & nobis opus
est esse certissimam, nam nisi talis fuerit, uacillabit, ut ini-
tio dictum est, fides nostra. Nunc uideamus de cōcordia.
Exierant haud dubiè simul mulieres omnes, uerum non
simuluenerant ad monumentum, nam Magdalene &
altera Maria uenerunt dum noctis iam instaret finis, quod
tempus à Matth. dicitur uespera, lucescēs in primam Sab-
batorū, id est, in diem, quam nos Dominicā adpellamus.
Relique uerò, ut Salome, & Ioanna, & adhuc aliae,
quamuis diluculo uenerint, tamen sol iam incepérat illu-
strare cœlum ab oriente. Quamobrem uidetur doctis ac
pij;

pīs uiris, ubi terrae motus eſſet factus, mulierculas terri-
 tas ab itinere deflexisse in locū aliquem securū, & Mag-
 dalenam unā cum altera ueluti præmis̄am ad uidendum
 sepulchrum, ut Matth. habet, non autem ad ungendum Ie-
 sum. Constat enim Angelo descendente de ccelo terrae-
 motum factum eſſe magnum, quo nimirum uoluit Domi-
 nus ostendere potentiam resurrectionis sue: Quanquam
 enim lapis ingens eſſet aduolutus ad ostium monumenti,
 & idem à Iudaeis obſignatus, custodibusq; munitus, eru-
 pit tamen Christus Dominus, omnia fortiter perfringēs,
 ut cuius potentiæ uel mōtes locum dare coguntur. Ut igi-
 tur Magdalena uiderat lapidem reuolutum, comite re-
 licta, cæterisq; neglectis, ad Petrum & Ioannem recta
 cucurrit querens, sublatum eſſe Dominum suum, & ne-
 scire ubi posuerint eum, nam ita Ioann. scribit. Cum ue-
 ro nec altera Maria interim ad reliquias adierit, uerifi-
 mile est ad monumētum hæfīſe. Tum illæ, postquam nec
 Magdalene, nec altera rediſſent ad ſe, iāq; stupor ex ter-
 rae motu abijſſet, et ſol rubefaceret ccelum, animo ſumptio
 ſimiliter pergunt ad monumentum. Et cum totæ eſſent
 in ungendi proposito, quærūt inter ſe, quis reuoluturus
 fit lapidem ipſis ab oſtio monumenti. Atq; interim acce-
 dentes ac respicientes, uident lapidem reuolutum. Erat
 enim magnus ualde, ut Mar. noſter ait. Et ingressæ in
 monumentum, (quod non feciſſent, ſi lux defuiſſet orien-
 tis diei) uiderunt adolescentem ſedentem à dextris, &c.

Angelus Domini resurrectionem nunciat primus uerbis
 admodum placidis, nihilominus audientes illæ correpte
 sunt tremore ac stupore, & fugierunt à monumento: nec
 cuiquam aliquid dixerunt, timebant enim: Sic Marcus.
 Abiisse igitur aliquò, ubi se colegerint omnino uide-
 tur. Interim Petrus & Ioannes excitati per Magdale-
 nam uenerunt hac ipsa ccomitante, & dum neque corpus
 Christi reperirent, neq; uiderent Angelum, reuersi sunt:
 Maria uero manet, flet, querit, inclinat se in monumen-
 tum, & uidet duos Angelos amictos albis, & paulò post
 Christū ipsum in specie hortulani. Hæc lo. Dein abit ad
 discipulos, & adnunciat ex ore Domini, resurrectionē.
 Postquam hæc discesserat, animis collectis reuertuntur
 & aliæ, uident pariter duos angelos, & seuerius audiunt
 dicentes: Quid queritis uiuentem cum mortuis? Non
 est hic, sed surrexit. Recordamini, ut dixerit uobis &c.
 Luc. Igitur regressis, Christus adparuit in uia salutans,
 ac mandans discipulis renuncient, quod in Galileam
 profecti uisuri essent ipsum. Hæc breuiter à nobis ab
 alijs fusius & clarius dicta sunt. Siquid est dictum imper-
 fectius, aut obscurius ab illis petatur, scio nemo nō satur
 abilit. Nunc ad Marcū. Et cum præterisset sabbatū, &c.
 hoc enim die quietuerant secundum præceptum. Luc. 23.
 Maria Magdalene ceteraq; mulieres, que fuerat sequi-
 tæ Dominum, emerunt aromata, ut ungerent Iesum. Ar-
 dor charitatis, quo seruebant, sic in apertum se statue-
 rat.

rat, ignis est enim charitas, latere non potest. Et summo diluculo diei primi sabbatorum. Descriptio est exortus diei, quam Dominicam nos dicimus, erat aut prima dies septimanæ sequentis. Veniunt mulieres ad monumētum exorto sole. Iter ingressæ summo diluculo perueniūt ad monumentū, postquam sol iam esset prope horizontem, ut exortus dici posset, non enim mulier post adparere totus solet. Inter cundum uero dicunt interfese. Quis reueluet, &c. Quod sirogant, docet nec Magdalenam, seu quampiā aliā fuisse apud eas, ex qua de sepulchro, uel de Christo aliquid rescuerint, nec ad monumentū rogationē esse factā, sed, ut diximus, in itinere, ubi iam nō longius abeſſent, quām ut locus conspectus posset lapidis admonere. Nec erat uirium muliebrium amoliri tantum lapidem, erat enim magnus ualde. Verum dum adeſſent, & respicerent, uidēt reuolutum. Angelus enim Domini descendens de cœlo, Matthæi 28. Et ingressæ in monumentum, &c. Tam fuit amplum hoc sepulchrum, ut intrare poſſent mulieres, quemadmodum apud Ioannem quoq; Petrus & Ioannes ingressi dicuntur. Vident Angelum adolescentis specie ſedentem à dextris, nam et à dextera Dei missus erat, ut adnunciaret bona, ſtola amictum candida. Quo quidem colore significabatur triumphans, & immortalis iam Christi gloria, nimirum ut in nobis fidei robur in Christum Dei filium excitetur potenter. Et expauerunt: Quia subitum fuerat, & inexpectata

tum hoc spectaculum. Verum Angelus non permisit illas
diutius pauore turbari, protinus hortatur enim, ne expa-
uescant, se nosse demonstrans, quid' nam agant, ait enim,
Iesum queritis Nazarenū, surrexit, non est hic, ecce lo-
cus ubi posuerunt illum: Mox præcipit, ut discipulis &
Petro Christum rediuium præcessurū eos in Galilæam
renunciēt. Petrum nominat præter ceteros, eo quod tri-
stior illis propter abnegationem tertio factam, & pœni-
tentiae magis deditus, merebatur resurrectionis gaudio
perfectius impleri. Ex eo quod Angelus cognouerat ani-
mum pium muliercularum, & ipse cognosci debebat, &
pauor euanescente, ut alacriores effectæ diligentius ani-
maduertissent, que dixerat ille. Verum nouum specia-
culum, & inopinatum effecerat, ut inter timore & gau-
dium fluctuantes, nescirent quid facerent. An' non et uox
illa, surrexit, nō est hic, debebat abstergere quicquid fuis-
set tristiae, turbationis ue: suavis est enim, iucunditatis
& leticie plena, & quan non est alia, que plus fidei ac
sperii pijs mentibus tribuat. Sed & locus ad certitudinem
rei demonstratus, & nuncium deferendum ad discipulos
non nihil eius, quod diximus, potuisset efficere, nisi caro
tam esset habebes ad diuina omnia uel intuenda, uel reci-
pienda. Verum inquis, quir' nam in Galilæa potius uole-
bat discipulis adparere Dominus, quam in Iudea? For-
taffis obgettis humilitatem, ex qua statim initio quoque
discipulos collegerat: & ut iucundior foret his adpari-
tio

tio Domini in loco tutiore. Mulieres igitur abeuntes, citio fugerunt, &c. Stupor, tremor, actimor impulerant, nec angelii mandatum expedierunt, ut pote non accedentes ad discipulos, scū ad quempiam alium, nam timebant.

Cum surrexisset autem Iesus, &c.

Circa uesperā parasceues sepultus est Christus, manū sit ita sequenti nocte, totoq; sabbato, & iterum nocte sequēti. Die tertia, id est, primo mane sabbati, hoc est, hebdomadis die prima surrexit, & adparuit Magdalenæ, de qua septē eiecerat dæmonia. Adeo non contemnit mulierē peccatricem, post quam uero corde se Domino Deo consecrauerat. Eiectis enim spiritibus malis secum illam circumduxerat (sicut & alias adhuc multas) de bonis eius se suosq; sustentarat, summè dilexerat, et nunc post resurrectionem adparet illi primò, facitq; ad discipulos resurrectionis nunciam primam, nam post hanc, ut dicūlum est, & reliquæ nunciabant idem. Et quir, posset ali quis rogare, per mulieres sic egit potius? Quod ad discipulos adinect, ut uiderent, quām hoc genus planè nō esset abieclum apud Deum, si fide polleret: atq; ideo deinceps æquè curam ciuii in mundum emisi gererent, atq; uiorum: Non enim in tibijs uiri beneplacitum erit ei. Beneplacitum est Domino super timentes eum, & in eis, qui sperat super misericordia eius. Vnde Paul. quoq; deinde scripsit. Non est Iudeus neq; Græcus, non est seruus neque

que liber nō est masculus neq; fœmina, omnes enim umbras
estis in Christo Iesu. Gal. 3. Quod attinet uero ad mulie-
res: ut eas reuocaret à moerore & lachrymis ad sum-
mam lœticiam. Et quemadmodum, inquit Cyril. de Mag-
dalena, in paradyso, quoniam diabolo mulier ministra-
uerat, in doloribus audiuit se parituram filios, ita nunc
in horto à maledictione liberata, plorare perhibetur. Mit-
titur autem nuncia ad discipulos, ut ueluti prima mulier,
quia diabolo ministravit, & se & mulierum genus una
perdidit, sic & haec mulier, quia Christo ministravit, mu-
liebre genus à maledictione in se prima liberet. Hæc ille.
Quæ quidem ut dicta sunt de Magdalena, de reliquis pos-
sunt pariter accipi. Mulier igitur, quamuis sit imbecillis,
quamuis obnoxia multis calamitatibus, quamuis obe-
dientiæ uiri subiecta, non est tamen apud Deum contem-
ptui, nisi contemnat seipsam illi non adhaerendo per fi-
dem. Solatium hinc esse potest igitur haud ubiq; obuium
omnibus mulieribus: quamobrem, dum opus fuerit, dili-
gentius etiam inculcandum. Age uero Magdalene post
quam exequuta fuerat, quod erat commissum, apud Lu-
gentes acflentes: Id est, nunciarat Iesum uiuere, et uisum
esse à se, non crediderunt. Luc. dicit: Visa sunt apud illos
ceu deliramentum uerba illarum, neq; crediderunt illis.
Infirmitas discipulorum ex eo patere potest, quod uer-
bum exciderat, quo toties fuerat Dominus testatus se
tertia die resurrectum. Nam hoc ipsum si tenuissent
memoria,

memoria, quomodo pro deliramento duxissent, quod nunc
clarat Maria? Dixissent saltē, exquiramus quid illi nunc
ciet. Verū tarditas illorū credendi resurrectionē quam-
uis à natura, doloribus, tristitiaq; foret, tamen uidemus
ex eiusdem historia, quām Christus uoluerit eam sensim
ipsis instillatam, quō mundo possent fortiter ac constan-
ter in futurum testificari de ipsa, ut de re, qua habita fide
deliter, & salus habetur.

Post hæc autem duobus ex ipsis, &c.

Lucas multis hanc narrat historiā, & clarius, quām
ut indigeat longa declaratione. Vnum tantum adiçiam,
resurrectionē probari duobus testimonij aptissimis: In-
terpretatur scripturas de se usq; à Mose, quod uidelicet
oportuerit Christum illum Dei sic pati, et intrare in glo-
riam suam. Et Frangit panem eo modo, quo, dum in ui-
uis esset, consuecerat, mox dein euanscens. At duobus
his, quae uiderant, renunciatiib; fides, sicut mulieribus,
non est habita. Hoc postremum adiectum arbitror pro-
pter Thomam, reliqui namq; illis aduenientibus conti-
nuò dixerunt: Surrexit Dominus uerè, & adparuit Si-
moni. Et post hæc indicarant duo, quid sibi euenisset in
via, quomodo cognorint Dominum in fractione panis.

Postea discubentibus illis
undecim, &c.

Videtur adparitio præsens facta, dū Thomæ se præ-
buit

buit palpandum, & tractandum, ut lo. scribit cap. 20. Cor
reptio autem quamvis ad omnes pertineat, ut pote qui mu-
lieribus non credidissent, quæ uiderat ipsum, & ex pre-
cepto resurrectionem narrauerant, tamen ad Thomam
præcipue spectat, ut qui nec apostolis credere uolebat, ni-
si uideret in manibus eius uestigium clauorum, & mitte-
ret digitum suum in uestigium clauorum, & mitteret ma-
num suum in latus eius. Exprobauit ergo incredulitatem
illis, & duriciem cordis: Quia uerbum ad se missum non
recepérat, et nihil eorū quæ prius de resurrectione cum
eis loquutus fuerat in mentem reuocauerant. At qui scis,
an propter miseros nos & incredulitas ista cum fue-
rit, tum exprobata sit? ut uidelicet resurrectionis fides in
nobis redderetur ualidior, postq[uod] uideremus quam mani-
festis indicijs illa discipulis foret comprobata?

Et dicebat eis: Ite in mundum, &c.

Resurrectione iam satis superq[ue] cōfirmata, quia pro-
pe erat, ut relicturus esset mundum, uellet autem relinque-
re, qui quod egerat ex mandato Patris, prædicando per
orbem diffunderent, discipulos putas, quos hactenus soue-
rat, erudierat, exercuerat, præcipit quid nam deinceps
sit, & quomodo agendum eis. Ite, inquit, in mundū uniuersum,
& prædicate, &c. Paucis uerbis rem multò maxi-
mā præcipit, nēpe, quomodo salus, id est, uita eterna pos-
sit acquiri post hanc uitā: Et tria dicit: Prædicate Euani-
geliū omni creaturæ. Et: Qui crediderit, & baptiza-

tus fuerit, saluus erit. Et: Qui uero non crediderit, condemnabitur. Est autem Euangelium, quod poenitentibus in nomine Christi remittatur peccata: Luc. ult. Hoc oportebat a discipulis praedicari in omnes gentes sine discrimine, Christus enim omnibus uenit, quamobrem eius uirutem, & potentiam conueniebat omnes nosse, id quod fieri non potuit, nisi per prædicationem, de qua prædicatum erat quoq; ps. 18. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Ex ea uero quead modum salus potuit cognosci uera, solida, infallibilis, & eterna, sic & illud cognosci potuit, ac potest, non esse salutem alibi, quamvis multa sunt a doctis et sapiëtibus uiris quæsita, inuenta, proposita, incultata: Non est enim aliud nomen (hoc est alia uis) datum inter homines sub caelo, in quo oporteat nos saluos fieri. Act. 4. Valeat itaq; præceptio-nes philosophiae de uirtutibus, iurisperitorum leges de iusticia, Sapientum omnium sententiæ de uita beata, sanctiones Papisticæ de adipiscendo regno Dei, immo ualeat & lex Dei de sanctis moribus, nihil enim horum uel dedit, uel dare potuit salutem, quam conferit Christus: non quod dicam, legem Dei seruatam pro uoluntate diuina non conferre iusticiam, sed neminem sine Christo facere illam posse, aut unquam potuisse: Scimus enim quod lex spiritua-lis nos autem carnales sumus uenditi sub peccatum Roman. 7. Huic Euangelio sic prædicato qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Igitur quod per Euange-lium

lium offertur, per manum fidei (liceat ita dicere) accipitur. Est enim fides certa persuasio de eo, quod uerbum promittit in Christo. Et haec persuasio, à qua est exclusa omnis dubitatio iustitiae Dei Paulo nomine habet: non quidem quod ipsa per se dignitatem eam obtineat, sed quod dignatur promissioni Dei gratuitæ per Christum oblatæ & exhibitæ. Non est igitur uerum, quod hodie scribunt pseudochristiani quidam, operibus nos accipere, quæ Deus in Christo obtulerit, nam hac ratione gratuitū non esset, quo Deus misericorditer atq; benigniter nos donat, sed uelut ex merito cōtra dictum Pauli Eph. 2. Gratia enim Dei seruati istis per fidem, idq; non ex uobis, Dei donum est, &c. Imò contra missionem, qua Christus est datus à Patre mundo: Quid enim opus illo, si nostris meritis impetraretur gratia Dei? Ergo fides accipit quod Deus promittit per uerbum, & largitur per Christum: Opera bona sunt ad comprobationem arboris bonæ, hoc est, filiorum Dei per fidem procreatorum: Omnes enim filij reddimur Dei, eò quod credidimus Christo Iesu. Gal. 3. Baptismus autem, qui datur uerbo prædicato credentibus, inscribit Ecclesiæ, id est, numero fidelium, regenerat baptizatos, et testificatur de bona Dei uoluntate erganos ad fidem excitandam, & confirmandam. Regenerat, inquam, non quidem uirtute propria, sed uirtute Christi, qui spiritu suo per ministerium Ecclesiæ in uerbis, ac signis illud opus perficit. 1. Cor. 12. Eph. 5. Tit. 3. Act. 21. Finem

dem excitat uero, sicut uerbum, & eò magis, quia uerbum
habet adiuncitum. Minister enim dum baptizat in nomine
Patris, & Filii, et Spiritus sancti, & hisce uerbis testi-
ficatur, eum qui baptizatur iam esse reconciliatum Deo,
qui Pater est, Filius, & Spiritus sanctus. an non fides excita-
tur per aquam sacramentalem, quæ significat abluc-
tionem Spiritus internam, & per uerbum quod auditum
est, amplius & potentius? Ob dictos effectus etiam be-
ptizamus infantulos, pariter enim inscribuntur corpora
Christi: purgantur à labore peccati originalis: & testimo-
nium accipiunt de bona uoluntate Dei erga nos, & si non
in præsentiarum, tamen postquam usum adepti sunt ra-
tionis modo rectè instituantur. Adde quod sunt in foede-
re parentum quod olim est iclum à Deo cum Abrahamo
patre credentium et cum semine eius. Quod dum ita est,
quid ab arceret à signaculo foederis illos? Nā nec Iudeo-
rum infantes sunt ob eandem causam à circumcisione re-
pulsi. Imò Deus iussit, ut circumcidetur. Præterea gra-
ti sunt Deo, ut qualium est regnum coelorum. Et qui scis,
an magis grati, quam adulti fidem iam confessi? Demum,
infantes non inueniuntur unquam nō baptizati, nec Con-
cilia instituerunt, nec Papa, ergo necesse, ut ab Aposto-
lorum temporibus & usu demandarit baptismus paruulo-
rum. Qua de causa scribit Origenes in cap. 6. ad Rom.
Pro hoc & Ecclesia ab Apostolis traditionem suscepit
& tiam paruulis baptismum dare: Sciebant enim illi, qui-

X bus

bus secreta misteriorum commissa sunt diuinorum, quia
eſſent in omnibus genuinae fordes peccati, que per aquā
& Spiritum ablui deberet. Verum hac de re plus est ab
alijs aduersus catabaptistas disputatum. Ergo de salute
sunt certi, qui predicato Euangelio credūt, & baptizan-
tur: quemadmodum condemnatio non moratur, si quis
non crediderit Euangelio prædicato. Conſonant uerba
Ioannis Baptiste Io. 3. Qui credit filio, habet uitam æter-
nam: qui uero non credit filio, non uidebit uitam, ſed ira
Dei manet super eum. Ecce ſalutis rationem hic ex ore
Domini nostri Iesu, et ex Spiritu eius. Quid eſt igitur,
quod Concilia quædam, & Pontifices Ro. adiecerūt, tan-
quam hæc traditio non fit uera, aut non fit perfecta? Cre-
de mihi, cognitiones hominum ſunt, atq; ideo uana: per-
ibunt igitur. Cogitent p̄ij fideliter, cum FIDE S Christi
tantum habeat uirium, ut ſalutem cōferat ſempiternam,
quæ nam ea fit. Res eſt certè non fruola, qualiter putat
Ecclesia Romana, dum docet eam exiſtere poſſe cum pec-
cato mortali, ſed uera, ſolida, cōſtantia, uiua, misericordiam
Dei per Christum accipiens, & cōſeruans in finem uſq;
& post hanc uitam tribuens uitam æternam.

Porro signa eos, qui credi-
derint, &c.

Ad doctores Apostolos hæc præcipue pertinent, quo-
rum doctrina, quia noua erat inter gentes, signis & mi-
raculis

raculis fuerat confirmanda. Quemadmodum autem illi solum Christum uehebat, ita miracula per solum nomen eius fiebat; ut uideamus quo' nam miracula pertinuerint, nempe ad confirmationē IESVM eſe CHRISTVM. Io. 20. Idem & Io. 5. clarē dicit Christus ipse: Opera enim quae dedit mihi Pater testificātur de me, &c. Et io. Opera quae ego facio nomine Patris mei, hæc testimonium redunt de me. Et paulo post. Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi. Si uero facio, & si mihi non credatis, operibus credite, ut cognoscatis & credatis, quod Pater in me est, & ego in eo. Quamuis autem Fides in uerbum de Domino Iesu gratiam omnem acciperet ut uerbum eſt et confirmatiuſ, imbecilitati permisit Dominus miracula: puta eiſcere dæmonia, nouis loqui linguis, &c. Scimus ex Apostolorum actis illa omnia facta. Non adūm igitur, Miracula, quæ non faciunt ad gloriam Dei, & cognitionem Christi, nulla eſe, nam abducunt à uero & recto tramite salutis, quæ fides est Iesu Christi, & docent fidere creaturis, quare uix alia magis est abominabilis.

Itaq; Dominus quidem postquam, &c.

De Ascensione Christi in cœlum Luc. pluribus scriptis cap: ult & Act. 1. Perfectis igitur omnibus in mundo, quæ Pater mandarat, & Resurrectione satis apud discipulos comprobata, confirmataq; Dominus in cœlum re-

ceptus est, & confidet à dextris Dei Patris . Atq; hoc est
præmium pro tam multis magnisq; laboribus ipsi para-
tum, regnat, exultat, triumphat: & quod ad nos adtinet
pro nobis intercedit, nos tuctur, adiuuat, confortat quo-
ad fuerimus in hoc mūdo, recepturus ad se post mortem,
quicunq; persecutus in cofideliter usq; in finē: Sua
namq; in cœlum ascensione uiam indicauit fidelibus, ut
certum sit ascensuros & ipsos quondam, nam ubi caput
est, ibi & eius capitis membra esse oportebit . Quamob-
rē ad discipulos sic loquebatur Io. 14. Et si abiero ad pa-
randum uobis locum, iterum ueniam, & adsumam uos
ad meipsum, ut ubi sum ego, et uos sitis . De præmio Chri-
sti Paulum uide Eph. 2. Philipp. 2.1. Petr. 2. Obedien-
tiæ Dei licet hinc discamus bonum, nam Christum exal-
tauit super thronos angelorum, & super omne quod est
sublime, ut ex Paulo satis clarum est . Quid igitur si
& nos obedierimus? Dabit Dominus Deus noster se-
dem in cœlesti gloria sempiternam.

Illi uero egressi prædicauerunt, &c.

Post acceptum Spiritum san. in die Pentecostes, ce-
perunt discipuli testificari, Christum esse filium Dei, pri-
mo Iudeis, deinde Gentibus posteaquam locus apud Iu-
dæos non erat amplius. Cooperatus est Dominus, utpo-
te sine cuius opera nihil agit homo, quamuis sanctus. Con-
firmauit idem sermonem discipulorum de Domino no-
stro

stro Iesu Christo testimonium ferentem per signa, et miracula prout opus erat ecclesiae prime: nam haec propter infirmitatem requisierat (ut ita dicam) signa, et si ne illis credere' nolebat similis Thomae, qui nisi uideret in manibus Christi uestigium clauorum, et mitteret in latus eius manum suam, credere non sustinuit. Non autem diu post Christi abitum signa perdurauerunt, maluit enim Deus, ut in cordibus hominum firmaretur Christus absq; illis, ut posset aliquando ad eos dicere: Beati qui non uiderunt, et crediderunt, nam maior est merces taliter credentium. Id quod et nobis magno certe solatio est, qui miraculis a tanto caremus tempore: nam uiuente Augustino ceſsarunt. Non licebit enim dubitare de beatitudine, dum credimus, illa Domini uoce percepta: Beati qui non uiderunt, et c. Atq; haec est uerior ratio fidei, nec uideret, nec tangere, et tamen credere. Quāuis dum omnia reūtius conſyderamus miraculis scatet mūdus longē plausibilioribus ubiubi uerbum Christi recte prædicatur: An' non eiſciuntur demonia, aperiuntur oculi, patescunt aures surdae, mundatur leprosa, sanantur infirmi, dum peccatorum animi conuertuntur per uerbum ad Dominum? Apud pios igitur miraculorum satis est superq; apud impios perderetur oclum et opera, etiam si Christus rediret cum omnibus factis signis, et miraculis: quandoquidem summum, quod factum est: non credunt, incarnationem uidelicet uerbi, nisi diſertando: hanc enim si corde

IN MARCI EVANG. EXPO.

puro tenerent, non posset Christus una cū uerbo suo tam
impiè cōtemni ab eis. Orabimus Dcum ut illud ipsum sic
cordibus nostris ingerat, & confirmet, ut credētes Iesum
Christum filium eius uerum Deum, & hominem in una
persona, uitam fidei conformemus, & hoc turbulentissi-
mo mari per patientiam trāsfretato ad littus securitatis

adpellamus per eundem Dominum nostrum

Iesum Christum, cui laus & gloria

una cum Patre, & Spiritu-

sanc*t*. in secula.

Amen.

EXPOSITIONIS IN MARCI EVAN
gelium Index. & a. quidem priorem, b. uero po-
steriorem folij faciem demonstrat.

A



- Bnegare ter
rena. 108. a
abnegare se
ipsū. 107. b
abrahami Deus. 129. a
Adfectibus malis in tē-
pore succurrēdū 149. a
aduersa toleranda 71. a
adulteria non sint im-
punita 104. b
Æstatis signa 141. a
Agnus p̄figurat Chri-
stum 149. a (144. b
agni paschalis figura
Alexandria ciuitas. 1. a
Ambitionis scintilla
multos urit 114. a
amorem nostri in sinu
circumfecimus. 110. b
Angelus primus resur-
rectionem Christi an-
nuntiauit 182. b
angelorum ministerio
an Christus destitu-
tus 9. b

- ananias successit Mare
co 1. b
animam seruare & per-
dere 89. a
de animarū dormitio-
ne Catabaptistaū era-
tor 176. a
animus fide purgādus
133. b
antichristianos abole-
bit dominus 76. a
Aratrum fidei 56. b
arbitrij lib. adsertores
gratiæ conuiciantur
85. b
arma ad repellēdas ten-
tationes 159. a
Auaritia mulieribus pe-
culiaris 70. b
auaritiā Domitus dete-
statu 120. b
auaritiæ natura 120. b

B

- D baculum recipere
A 67. b
baptismus ad quid uti-
lis

Y 4

¶ N D E X.

- | | | | |
|--|--------|---|--------------|
| lis | 3. b | re | 176. a |
| baptismus signum rege
nerationis | 4. a | canes gentes quare dis
cantur | 80. a |
| baptismus apostolorū | 6. a | caro Christi | 37. b |
| baptismus significat
mortificationem. | 4. a | caro Christi qualis | 8. a
& b. |
| per baptismum sepeliri | | caro crucem odit. | 166. a |
| | 4. a | carnis delictum adhæ
ret | 131. a |
| baptismus parvularū | | carnis affectus ē uia | |
| ab Apostolis ad nos
desfluxit | 188. a | Domini eiſciunt | 112. b |
| baptismus pro passio
ne | 114. a | carnis imprudentia ra
ro nos destituit | 115. a |
| baptizari quare Chri
ſtus uoluerit. | 6. b | casus quorundā per ne
gligentiam | 112. b |
| Ben Coziba falsus pro
pheta | 140. a | catabaptistæ non uoca
ti contionantur | 12. a |
| bethania oppidū. | 117. b | catabaptistarum pueri | |
| bethphage oppidum | | malo spiritu aguntur | |
| | 117. b | 96. b | |
| Bitter oppidum | 140. a | catabaptistarum mens
dicitas | 15. a |
| Bonus est solus deus | | in cœna Christi corpus | |
| | 107. a | datur | 151. a |
| | | circa cœnam dominic
ā catabaptistarum er
ror | 150. a |
| C Alcei comeduntur | | Christianus uir qualis
ter animatus esse dea
beat | |
| tēpore famis | 135. b | | |
| calciamēta soluere | 5. b | | |
| calicem salutaris accipe | | | |

I N D E X.

- | | | | |
|----------------------------------|-------|----------------------------------|-------|
| beat | 88.b | confessio dei requirit si
dem | 86.b |
| charitas omnia cōmen | | cōfessio cōsultandi gra | |
| dat apud deum. 108. a | | tia | 4.b |
| charitas est ignis. 183.a | | cognati quere sint. 53.b | |
| christus quare in terrā | | cognitio absque gratia | |
| uenerit | 10.b | 86.a | |
| christus quibus uenerit | | concionatores Euāges | |
| | 79.b | lij officij admonētur. | |
| christus adfectiōib. hu- | | 133. a | |
| manis obnoxi⁹. 60. a | | concionatores nihil tes- | |
| christus unicus media- | | mere agant | 86.b |
| tor | 7. b | cōcionatorū labor | 14.a |
| christus quos diligit | | concionatoribus Ioan- | |
| | 106.a | nes exemplū sit | 5. a |
| christus ubiq⁹ sui simi- | | cōcionatorbus prouis- | |
| lis 83.a | | dēdū ut quieti uerbo | |
| christū sequentibus ni- | | incumbant | 71.b |
| nihil deerit | 112.b | in concionatoribus sit | |
| christū se adserere quid | | autoritas | 95. b |
| | 135.a | cōiugū felix stat⁹. | 45.a |
| Cibus nō contaminat | | cōsciētiæ morsus. | 101.b |
| | 78.b | cōscientiarū estus q̄mo | |
| cibus cū gratiarū actio- | | do extingueđi | 58.b |
| ne sumendus | 72.b | confilia dei occulta an- | |
| cicero Ro. quare dictus | | xie nō inquirēda. | 62.b |
| | 65.b | consuetudines bonas | |
| Confessio uera | 4.b | Christus non omisit. | |
| cōfessio auriculatis an- | | 155.a | |
| pueris necessaria. 33.b | | X s constane | |

I N D E X.

- constantia p̄ij opus ha-
bent 136.b
cōtaminatio uera. 78.b
contentiones non sint
inter Christianos ob
uerba Christi 150.a
conuiuiorū malū. 70.b
corinthiū taxātur. 152.a
corpus Christi quomo-
do edat quēstio. 151.a
corpus suum & sanguī
nē cur summēdū 153.b
correptio est ad pœnitē-
tiā 153.a
Credēti possibilia sunt
omnia quomodo in-
telligi 95.b
crudelitas matri Iudai
ca 135.b
crux electos pbat. 115.a
crux ferenda in patien-
tia 108.a
Cubiculū cordis. 16.a
cultus Dei uerus. 144.a
- D
- D** Aemoniaci mente
14.b
dæmonis astutia. 61.a
dæmonia nihil potest.
tis habēt ne in anima
lia quidem 62.a
Dalmanutha loc⁹ 84.a
danielis c.9 decla. 137.a
dātis animum metitur
Deus 133.b
dauidis filius unde dī-
ctus Christus 132.b
Demissionis probatio
in quo consistat. 99.a
derelinquere oīa 112.a
desperantū scutū. 43.a
quod Deus copulauit,
homo nō separet, de-
clarat 104.a (134.a
deus externis nō capit
Deus inuocādus ex pu-
ro corde 176.b
Diabolus quomodo re-
pellendus 9.a
diligēdi uerbum. 139.a
discipuli Christi quo-
modo agnoscēdi 112.b
discipulos tres quare in
montē Christus solū
accipiat. 91.a (83.b
discipulorū incogitātia
discip. icredulitas. 96.b
discordiæ malum 51.z
diuinitatis

I N D E X.

- | | | | |
|---|---------------|---|---------------|
| D iuinitatis Christi indi-
cia | 116.b | ecclesiæ ministri quales
esse debeant | 100.a |
| D iuinitatē Christi mul-
ti non credunt | 69.b | in ecclesia quid magnū
faciat | 98.b |
| D iuinitiē nō sunt obstacu-
lo ad uere colendum | | ecclesiastica officia qua-
lia sint | 98.a |
| Deum | 109.b | Eleemosyna an aliquid
mereamur | 108.b |
| D iuinitiē adminicula uo-
luptatiū | 110.b (110.a) | de eleemosyna Danie-
lis locus decla. | 109.a |
| D iuinitiē non abiiciendæ | | eleemosynæ impiorum
quales | 109.a (108.b) |
| D iuinitiarū illecebræ falla-
ces | 56. a | eleemosynarū efficacia
elemēta papistæ in cor- | |
| D iuinitijs quomodo uten-
dum | 110.a | pus Christi cōuerti fal-
so dixerunt | 140.a |
| D iuinitiū cōsolatio. | 109.b | Episcopus falsò religio-
sus quæ mala inferat | |
| D iuinitibus lux euangelij
displacet | 110.b (13.b) | 163.a | |
| Docere cum autoritate
doctrina Christi cibus | | episcopi munus. | 121.a |
| 72.a | | episcopi quales esse de-
beant | 163.a |
| dolus q̄le peccatiū | 79.a | Episcopi taxantur | 68.a |
| domos deuorare uidua-
rum | (114.a) | Euāgelium apud om-
nes gētes prædicatum | |
| donis Dei nō abutēdū | | q̄modo intelligi. | 136.a |
| Ducentii denarij. | 72.a | euāgeliū irrepit nesciē-
tib⁹ hominibus. | 58.a |
| E | | euangelij prædicatores | |
| Cclesia orationis do-
mus | 121.a | ne | |
| ecclesiæ Rō. facies | 120.b | | |

I N D E X.

- | | | | |
|----------------------------|-------|---------------------------|------------|
| ne sint mendici. | 68.b | sare possumus | 63.b |
| euāgelica pfectio | 107.b | fidei exiguitatē expro- | |
| qui excommunicandi | | brat Christus dūcī pu- | |
| sint | 84.a | lis | 60.a |
| F Ames à Deo uenit | | fidei augmentum quo- | |
| 62.b | | tidie petendum | 96.b |
| famis malum | 83.a | fidei iustitia ante om̄ia | |
| Fermentum uarie acci- | | quarēnda | 45.b |
| pitur. | 84.b | fide accipimus, que per | |
| Ficus execratur | 120.a | signa offeruntur | 4.b |
| fides aliena uti proficit | | fide imbecilles quomo- | |
| 35.a | | do tractādi. | 115.a.85.b |
| fides protinus non do- | | ex fide nascit̄ charitas | |
| cet omnia | 93.b | 146.a | |
| fides q̄tidie crescit. | 81.a | fiducia uirium nostra- | |
| fides imbecilla à domi- | | rum quid possit, | 122.b |
| no non reiçit̄ur. | 65.a | fimus bubuli edit̄. | 135.b |
| fides Deum delectat | | Fortitudo carnis. | 156.a |
| 134.b | | Fratres Christi | 66.a |
| fides parentū quid pro- | | Furiosus animus papi- | |
| fit infantibus | 35.b | starum | 165.b |
| fides Corinthiorū qua- | | G | |
| lis | 152.a | Adara oppidū. | 61.a |
| fidei uis | 122.a | Gloria omnis fugi- | |
| fidei arma | 97.a | enda | 33.a |
| fidei studia nō sine effi- | | gloriæ homo est cupi- | |
| cacia | 35.a | dus | 8.a |
| fidei dona ubiq̄ dispen- | | gloriæ domini promo- | |
| | | uens, non est prohibi- | |
| | | bendus | |

I N D E X.

- | | | |
|--------------------------|-------|-------------------------------|
| bendus | 99.b | hypocrisis fugienda |
| gloriandū in domino | 120.a | |
| 111.b | | |
| gergesa oppidū | 61.a | I Airus princeps syna- |
| gethsemani uallis | 156.b | gogæ 63.b |
| | | ieiuniū quadragesima- |
| | | le 9.a |
| | | ieiunium papisticū. 9.a |
| | | ieiuniū ueri laus 9.b |
| | | ieiunia luctus tempore |
| | | efficacia 43.b (52.b) |
| Hæreticus Christ⁹ pa- | | Impenitentia finalis |
| pistis est | 83.b | ad impietatē lapsus fa- |
| Homo quomodo pur- | | cilimus 152.b |
| getur à peccatis | 131.a | impij sententiam de se- |
| homo omnibus animā | | ipſis ferunt 126.a |
| rib⁹ pr̄positus. | 143.b | impudicitia 79.a |
| homini est obscura co- | | Incredulitatē quid con- |
| gnitio Dei | 2.a | sequatur 52.b |
| hominem totum Deus | | indulgentiæ plenariæ |
| requirit | 129.b | peccatorum à Christo |
| hominū tria genera uer- | | 123.a |
| bi Dei audiunt | 152.b | ingenium humanū ob- |
| honores à regno cœlo- | | tuſum ad diuina. 79.b |
| rū nō impediūt. | 179.a | & 84.a (119.b) |
| honorum cupiditas ue- | | ingratitudo Iudeorum |
| xat discipulos. | 115.b | infidilitate Iudeorum erga |
| hostes patientia uincen- | | christum 127.a |
| di | 161.b | insipiētiā sapientum |
| Hymni cantati post e- | | quare |
| fum agni | 154.b | |
| hypocrita bestia super- | | |
| bissima | 132.b | |

I N D E X.

- | | | | |
|-----------------------------|--------|---------------------------|--------|
| quare Dominus tule- | tur. | 80. a | |
| rit | 3.a | iudei nobis sunt specta- | |
| quare Intuitus sit Chri- | | culo | 138. b |
| stus aliquos | 111. a | iudæorum supplicium | |
| iuvidia malum | 174. b | Christiani ppetuò co- | |
| inuidia occasio contra | | gitent | 138. b |
| Christum | 121. b | iudæorū q̄t milia Hiero- | |
| Ioānes Bapt. quare in | | solymis perierint. | 138. |
| uincula coniuncta | 70. a | in Iudiciū accipere cors- | |
| ioānes bap. tria fecit | 3.b | pus Domini | 152. b |
| ioannis bap. mors. | 71. a | iulius Seuerus | 238. b |
| ioseph faber lignarius | | | |
| 56. b | | | |
| iosephi descriptio dili- | | L Aborauit manibus | |
| gens | 179. a | Paulus | 14. a |
| Iracūdia Christi. | 47. b | laude propria fere om- | |
| Iudas Gaulonites | 127. b | nes capimur | 127. b |
| iudas exemplum auari- | | leprosus Christū deum | |
| tiæ | 147. a | confitetur | 16. b |
| iudas cuius rei nos ad- | | leprosum tetigit Chris- | |
| moneat | 49. b | stus contra legē | 31. b |
| iudas cōmonitus, qua- | | legio dæmonum | 61. b |
| re se non emendauerit | | lex quare lata | 2. b |
| ante proditionē | 148. b | lex domini summe colē- | |
| iudæ animus | 146. a | da. | 76. b |
| iudæ qui similes | 152. b | legis contemptus qua- | |
| iudæi semper ceruicosi | | le malum | 119. b |
| fuerunt | 126. b | legis perfectio Christus | |
| iudæi quare filij dicantur. | | 13. a | |
| | | legis consummatio dis- | |
| | | lectio | |

I N D E X.

- lectio 159.a
 legem facere sine fide nihil conductit 180.b
 legem nemo sine Christo facit 187.a
 legem quidam seruant solum externe 107.a
 contra legem Christus nihil fecit 33.a
 Libertas perfilium datur 125.b
 ligare & soluere peccata quid 68.a
 literarum studio uacandum 14.a
 Lōganimitas Dei 126.b
 loqui præstat uera & iucunda 113.b
 Luctius ob mortuos, quos deceat 64.b
 M
Magistrar⁹ pñ & Eth nici discrimē 116.a
 magistratus Christian⁹ an sit habendus. 116.a
 magna 83. a
 magorum seductorum multitudo 135.a
 mandata hominum re ixienda 76.b (48.b
 māfuetudinis exemplū manus imponere 105.a
 manus amicos significant 101.b
 manus illotæ 76.a
 marcus Petri filius uocatur 1.a
 marcus Petri discipulus 1.a
 marci Euangelium Romanæ scriptum 1.a
 marci passio 1.b
 mariæ uirginis fides & constantia 178.b
 matrimoniu quare constitutum 203.b
 matrimonium res magna 103.b
 matrimonium quid dirimat 104.b
 matrimonio legitimo qui coniugant. 104.b
 matrimonia non sint coacta 104.b
 Medicus Christus. 41.b
 mendicitatē discipulis Christus phibet 68.a
 mendicet nemo 15.a
 messiam

I N D E X.

messiam Iudæi putarūt
 hic regnaturum. 131.b
 Militū gueritas. 171.b
 minoritarū institutum
 reprobatur 72.b
 miracula quando cessa-
 rint 189.b
 miracula Christi cōfir-
 marūt doctrinā. 33.b
 de miraculis multa
 188.b
 misericordia dei nō ex-
 pugnatur 125.a
 missæ impietas 75.b
 Morbi propter peccata
 35.b
 monachi an sua dere-
 liquerint 112.a
 monachi mendicantes
 taxantur 15.a
 in Montē quare Chri-
 stus ascendat 49.a
 mortē caro horret 158.a
 Mulier apud deum nō
 est contemptui 185.a
 mundi propriū 100.b
 Mysteria dei quibus co-
 gnita 54.b

Nazareth patria Chri-
 sti 65.a
 Nuntium bonum 2.b
 O
 Bediētię spiritus stu-
 dendum 139.a
 qualium Oculi Chri-
 stum uideant 117.b
 Odium aduersus pios
 47.b
 odium cōsilium sanum
 non admittit 48.a
 odio pīj habētur. 136.b
 Officia qualiter in ecclē-
 sia usurpanda 98.a
 Oleo ungere 68.b
 Opera nostra nobis pla-
 cent 105.b
 opera sua Deus in no-
 bis remunerat 58.a
 operū gloria solū ualeat
 apud homines. 107.b
 Oratio fidei in certos
 fertur 35.b
 oratio scutum cōtra ten-
 tationes 159.a
 oratio Stephani p̄fuit
 Paulo 35.b
 oratio

I N D E X:

- O**ratio sit fidelis 117.a
 oratio quare fieri debeat 16.a
 oratio fidelis fugat satanam 97.a
 oratio quo in loco fieri debeat 16.a
 oratio qbus profit 35.b
 orationis multiloquiū Deo nō placet. 117.b
 ab oratione non cessandum 80.a (73.b)
 orauit Christus uariē in Orādo discipuli fuerunt frequentes 123.a
 orantiū habitus 123.a
 ὁστεννα quid 119.a
 Os animae 151.b
 p
Papales errores 2.b
 papismi imago 98.b
 papistæ enormia uitia pro peccatis nō habet 120.b
 papistæ qre contra Euāgeliū pugnant 121.b
 panis corpus Christi sacramentaliter 150.b
 panis an uerē sit corpus Christi 150.b
 panē Christus non trāctauit, nisi cum gratia rum actione 149.b
 panem fermentatum Iudæi in esu paschali habuerunt 149.b
 Populus belua multorum capitum 269.b
 in parabolis Christus locutus discipulis 55.a
 quare Paruuli baptisentur 187.b
 Paulinus anim⁹ requiriatur in concionatori⁹ bus 100.a
 pauperum ratio habenda 146.b
 pauperum spolia cōsuimimus inutiliter 83.b
 Peccatum quid 52.a
 peccatū remissibile 52.a
 peccatū in spiritūsan. 52.a
 peccatū cognoscere nō est hominis 166.b
 peccatum dolet mors Christi 102.b
 peccatū ad mortē 156.a
 Z peccati

I N D E X.

peccati qualis turpitudo	157.b	Pestilentia post bella & famem	135.b
peccato mori	4.a	pestis unde	62.b
peccatum tollere		in petendo sit modestia	
Christum quomodo intellig.	116.b	16.b	
peccare ex malicia	156.b	petitionum duo genera	
peccatores lenitate quam tractandi	161.a	31.a	
pecuniam secum tulerunt discipuli	72.a	petrus Galatin⁹	140.b
pecuniae studium radix omniū malorū.	110.b	petrus peccauit	156.a
Pœnitentia, quanā ratione in corda nostra ueniat	166.b	Phariseorū tēratio	83.a
pœnitentia papistica	11.a & b	philosophia frustanea ad iustificationem	2.b
pœnitētia uera & Euangelica	166.b	Pietas quomodo docenda	87.b
pœnitentia sine fide desperatio est	4.b	Præceptis hominū De⁹ non colitur	77.b
pœnitētia perpetua est uita Christiana	4.a	de præmio nō cogitandum	114.b
pœnitentiā ueram reducit Euangeliū	11.a	preces quietē requirunt	
pœnitentiam secum habet fides	52.a	73.a	
		an Princeps malus ferendus	99.b
		proditor Christi fuit ex duodecim	148.b
		proditorē quare Christus non manifestarit	
		148.b	
		proximus qui	130.a
		Puerilis etas grata Christo	

I N D E X.

- sto quare 105.a missa 181.b
 pueri graria dominicæ repudiatā an liceat du-
 passiōis indigēt 105.a cere 104.a
 pueri humilitas 98.b repudiū libellus quare
 pueris bonū exemplū permīssus 103.a
 proponendum 101.a resurrectio corporum
 puluerē excutere ē 128.b
 bus 68.a resurrectio pro regno
 punit De⁹ in uita 126.b 154.b
 purgatoriū papisticum resurrectio duob⁹ testi-
 res ficta 173.b monijs probat 185.b
 de igne Purgatorio qd resurrectionis fides ne-
 ueteres senserint 176.a cessaria 181.a
 R resurrectio incredue-
 litas quare discipulis
 acciderit 186.a
 regnum Dei prædicare
 10.a resurrectio dominicæ historia necessaria
 regnum Christi non de
 hoc mundo 168.a rudes in fide tolerandi
 regnū Dei, nosse Deū
 130.b 84.a

S

Acerdotum impio-
 rum timor 143.a
 sacramentum quid cō-
 stituit 150.b
 sacramentum ueteris te-
 stamenti 149.a
 sacramētorū usus 131.b

Z z Sadz

I N D E X.

- | | | | |
|--|-------|--|-------|
| sadducetū ignorarūt scri
pturas | 128.b | scripturæ mens confide
deranda | 129.a |
| sadducætorū secta | 128.a | Sedere à dextris Chri
stum | 132.a |
| sal fidei | 102.a | sermo nuntius cordis | |
| salutis summa | 131.a | 80.b | |
| In salutis causa an ali
quid ualeamus | 111.a | Signū memoriale Chri
stus instituit | 149.a |
| sanguis Christi ratione
cælesti bibitur | 151.b | signa cœli petunt hypo
critæ | 83.a |
| sanguis Christi à pec
catis mundat | 150.a | similitudines à quibus
rebus fumantur | 54.a |
| sanguinem Christi fide
haurimus | 90.a | simon magus | 135.a |
| sapere hominis | 88.a | Spiritus bonus excitat | |
| sapientia Dei nemo re
fistet | 131.b | pilatum | 173.a |
| satan nulli ætati pacit | | T | |
| 96.a | | Emere nemo peridi
tetur | 136.a |
| satan cupid⁹ nobis no
cendi | 95.a | testamentum pro fæde
re | 150.a |
| satanæ machinamenta | | templa papistica simi
lia Iudaicis | 134.a |
| quomodo præuenien
da | 143.a | temporis respectus ha
bendus | 85.b |
| Scandalizare pueros | | tētatio sanctorū | 60.a |
| 100.b | | tentationes diabolicae | |
| scriptura laqueus caren
tib⁹ gratia Dei | 144.b | sunt carnis | 7.b |
| scripturā qui frustra le
gant | 144.b | tentationum uariæ for
mæ | 8.b |
| | | tentantur | |

I N D E X.


- tentanrur pijs perpetuo uermis cōscientiæ 101.b
 7.b uelle dominum 118.b
 tentatus Christus quare uendere quæ quis ha-
 re 7.b bet quomodo intelli-
 Theologi sophistæ ta-
 xantur 85.a gatur 108.a
 torcular ecclesiæ figu-
 ram habet 125.a uestitus Ioannis 5.a
 tribulationes quare ali-
 quando immittuntur Via mudi lubrica 112.b
 74.b uictima Deo grata
 tribulationes uincendç 101.b
 per patientiam 116.a uigilandi modus 142.b
 Tunica Christi 172.a uindictæ cupiditas
 v
Verbū Dei quos mo-
 ueat 29.b 70.b
 uerbi auditores seduli,
 sed non feruidi 50.a uinum uulnerato acce-
 uerbi auditores indi-
 gni 153.a lerat mortem 175.b
 uerbo tribuit quod est
 carnis 29.a uirtus Dei nos pascit
 uerborum est significa-
 re 82.a 84.b
 uerbis Domini simpli-
 citer credendum 151.a uita æterna quomodo
 ueritas omnibus nota
 esse uult 16.b acquirenda 186.b
 uita sanctorum est tri-
 bulatio 162.b
 uita Christianorū qua-
 lis esse debeat 142.a
 uita Christiani homi-
 nis sit secundum ueri-
 tatem 131.b
 uita æterna quomodo
 paretur 90.a
 Vnctus est dominus se-
 cundo 145.b


I N D E X.


uocatio uera cognoscē	cere quid	35.b
da	uora uera	177.a
de uocatiōe multa	Vxorem repudiare nō	
& b.	licet	103.b
Voluntatem patris fa-		


F I N I S.

BASILEAE PER THOMAM
PLATTERVM, MENSE MARTIO.
ANNO M. D. XXXVIII.









us inq. ad. ion
n nocte existar
mus epulans
uare tristis es
conturbas me
confitebor illi
et d's mis.
conturbata es
tui de uox iord
a monte mod
byssus abyssu
ctarum tuar
mnia excelsa
me transierit
in die mandat
et nocte tan
pud me prau
pro
atu

et p
os fragimunt
em.

e ipse et resuscit
is.

oluxisti me: qm
cuis m̄s sup me.
niciā suscepisti et
spectui tuo in eter
nīs d's usrl'a sclo
fiat.

m desiderat cer
tū aquarum: ita
ad te d's.

deū fontem mū
ebo ante facie dei
ee pānes dic ac
iachū totidie ubi
eōdū
nūz

